

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

ANTVERPIA
CHRISTO
NASCENS ET CRESCENS

SEU

ACTA

Ecclesiam Antverpiensem ejusque Apostolos ac Viros pietate conspicuos concernentia usque ad seculum XVIII.

SECUNDIS CURIS

Collecta & disposita ac in VII. Tomos divisa

A

JOANNE CAROLO DIERCXSENS

S. T. L. Pastore ad S. Elizabetham ibidem.

TOMUS IV.

1523. — 1566.

ANTVERPIÆ,
Apud *Joannem Henricum van Soest*, in plateâ dictâ de Cammer-straet 1773.

AD LECTOREM.

TOmus hic IV. continet epocham quadraginta - quatuor annc rum, quo tempore ecclesia Antverpiensis multum quider cepit incrementi, sed etiam multum sustinuit detriment Ex Lutheranismo variæ prognatæ sunt hæreses & ex illis no paucæ vexârunt Antverpiam : vix enim Lutherani pulsi aut repres erant, quin mox prodirent Anabaptistæ. qui pauco tempoı ad tantam devenerunt audaciam, ut etiam Curiam violentè invi serint. Ex illis plui mi morte plexi sunt tamquam spernentes on nem etiam secularem potestatem. Successit infamis Davidistarui hæresis, quæ paucis annis repressa fuit. Tandem inundarunt belgiu calvinistæ pulsi & fugitivi è gallia. Hi Antverpiæ armatâ man prædicârunt, primò extrà civitatem dein intrà, & tandem e pervenerunt, ut omnes ecclesias invaserint, imagines confreg rint & cætera ornamenta devastaverint aut diripuerint, ac publi in ecclesiis prædicâverint & fana sibi construxerint : ita ut eccles Antverpiensis esset in summa confusione & consternatione ; præt hæc tulit Antverpia conflagrationem ecclesiæ matricis exceptâ tu ri & choro ; occasione Belli Rossemiani destructa sunt in suburb Begginagium, cœnobium Victorinarum & Carthusia

Interim non obstante hoc turbulento tempore variæ factæ fur piæ fundationes. Et in primis inchoata ecclesia pulsorum Augus nianorum, quæ vì mandati Imperatoris funditùs destruenda era precibus civium concessa est, qui eam sufficienter compleveru & à Capitulo obtinuerunt erectionem ejus in parochialem sub titu S. Andreæ. Instituta est solemnissima processio annuè ducen in festo S. Michaëlis pro liberatione à morbo sudorifero, quæ h usque annuè ducitur summa cum pietate. Begginæ in civitate n vum Begginagium erexerunt & Victorinæ cœnobium. Alexia transmigrârunt ad novum à se constructum monasterium. Exstru tum est in suburbio Leprosarium cum capella. Extructa est capel

S. Cath

S. Catharinæ in Kiel, datusque est illic sacerdos subsidiarius cum fonte baptismali Erectæ sunt Domus una pro mente captis, altera pro inventitiis seu potiùs pro pupillis cum capella publica, domus una pro Juvenibus & altera pro filiabus, utraque cum Oratorio domestico, quæ omnes sunt fundationes splendidæ. Insuper varia fundata sunt gerontocomia, ut in decursu latiùs patebit.

ADDENDUM

Pag 228. *post lin.* 11. — *Subjunge*—

Post impressa præmissa Vir eruditus & in historicis versatissimus affirmavit mihi, se vidisse Mechliniæ genealogiam familiæ de Wesenbeek, & *Jacobum* nostrum in ea recenseri inter filios prædicti *Petri* & Barbaræ Kiels. Infelix pater, qui tales filios procreavit!

ANTVERPIA CHRISTO NASCENS ET CRESCENS

SECUNDIS CURIS

TOMUS IV.

DUo Augustiniani ex prima abductione detenti & Vilvordiâ Bruxellas ad carcerem ducti, eò quod cum cæteris errores retractare noluissent, erant *Henricus Voës* & *Johannes Esch* vel *Nesse*, puta *van Esse*. Ita nomina ipsorum refert Seckendorf in *Comment. Luth. Lib. I. pag.* 279., ubi latè de illis agit. Non indicat tamen cujâtes fuerint. Suprà vidimus dictos Sylvæducenses: sed *Antwerpsch Chron.* quod *pag.* 19. dixerat sylvæduceenses, dicit *pag.* 23. alterum Zelandum, alterum ex Campinia. Joannes Pascha Carmelitarum Mechliniensium Prior & unus ex Inquisi- Anno 1523. Duo Augustiniani Bruxellis detenti. Et tertius.

Anno 1523. toribus, addens tertium detentum ex ultimâ abductione, hæc propriâ manu inscripsit Registro dicti conventûs, „ Quorum nomina sunt *F. Hen-* „ *ricus Vos* ex Busco-ducis, *Joannes van den* „ *Esschen*, *Lambertus de Thoren* ", non addens cujates fuerint hi duo.

Examinantur. Ad hos missi sunt Mag. *Franciscus van der Hulst* principalis Inquisitor cum S. T. Magistris *Jacobo de Hoogstraten*, *Nicolao de Egmunda*, *Joanne Lathomo*, *Joanne Pascha* & *Godeschalcho Rosemont*, ut indicatur in dicto Registro Carmelitarum Mechliniæ. Hi detentos examinârunt, & nihil omiserunt, quo convictos reducerent ad sanam mentem; sed duo Priores respuentes omnem instructionem in erroribus perstiterunt, tertius dein revocavit.

Propositiones assertæ. Seckendorf loco citato quædam asserta ipsorum refert ex *Epistolis Lutheri pag.* 143. & *seq.*, quæ, inquit, *Henricus*, qui junior sed doctior sodalibus erat, asseruit: Scilicet.

Quod scripturam Luthero indicante lectam Pontificis decretis omniumque Doctorum placitis præferret.

Et ex scriptura probari posse negaret, quod Papa & alii Prælati plus habeant quàm ministerium verbi.

Diceret etiam, *quod Pontifex non sit Vicarius super omnes terras à Christo constitutus; sed minister ad Prædicandum & pascendum verbo oves.* In cæteris, inquit, dogmatibus per omnia ferè Luthero consensit, de Fide sic statuens.

Vera & catholica fides non potest separari à charitate; quia charitas est fructus fidei; & fides christiana sine dilectione mortua est.

De Missa: *Quod non habeat oblationem in altari; sed in Cruce tantùm oblationem semel factam esse.*

Ad multas verò, inquit, questiones inutiles & scholasticas noluit respondere, & cum sæpiùs interrogatus diceret: *per scripta Lutheri se ad cognitionem Evangelii venisse*, urgentibus ultrà Inquisitoribus *An Lutherus habeat spiritum Dei?* tacere maluit. Tandem cum inculparetur *à Luthero seductus esse*, respondit, *se seductum esse, sicut Apostoli seducti sunt à Christo.* Commissarios offendit, dum diceret, eos non agere secundùm Evangelium, nec verbum Dei in illis esse. Ita *Seckendorf.* Anno 1523.

Sic duo isti Monachi in erroribus perstiterunt. Cumque nullâ ratione reduci possent, degradati sunt juxtà consuetas Ecclesiæ cæremonias, & traditi sunt brachio seculari. Quo super hæc scripsit Joan. Pascha in supradicto registro: „ Dom. *Adrianus de Brugis* suffraganeus „ Cameracensis fecit actum degradationis. M... „ Bituricensis, D. Abbas Grimbergensis, D. „ *Hieronymus* Cancellarius Brabantiæ sederunt ad „ latus Magistrorum nostrorum cum Dominis „ de Concilio Brabantiæ & viderunt actum degra„ dationis. & Et nos Magistri, & præsertim In„ quisitores tradiderunt duos primos in manus „ Cancellarii. ... Tertius coram populo revo„ cavit hæresim omnem & Lutheranam." Degradantur duo. Tertius revocavit.

Dein, inquit Seckendorf, Pontificis nomine *Hieronimo Aleandro* & Inquisitoribus *Nicolao Egmundano* Carmelitâ & *Jacobo Hoogstratano* Dominicano, aliisque Lovaniensibus & Mechliniensibus monachis ad extremum rigorem perventum est, MARGARETHÆ Sabaudiæ viduæ, CAROLI (qui in Hispaniam profectus erat) sororis, Belgii Gubernatricis & Magistratuum regiorum auspiciis. Ita *Seckendorf.* Et sententia in reos lata est, juxtà quam 1. julii hujus anni 1523. Bruxellis publicè combusti sunt & corpora eorum in cineres redacta. Condemnantur duo. Comburuntur.

 Refe-

Anno 1523. Referunt aliqui, die quarta post exustos duos istos tertium etiam *Lampertum*, qui *Jacobo Præpositi* (potiùs *Henrico de Zutphania*) in Prioratu Antverpiensi successerat, eodem supplicio sublatum esse. Alii in carcere necatum dicunt. *Martyrologium heterodoxorum* tres Bruxellas ductos & duos tantùm combustos refert; de tertio, inquit, dubitatur num revocaverit, num occultè occisus sit. Seckendorf locó citató *Emsero* credendum esse putat, qui tres combustos esse narrat. Sed potiùs credere debuisset *Luthero*, quem non latebant, quæ hìc in causa sua agebantur, qui in epistola sua ad Fratres in Hollandia, Brabantia & Flandria, quam ibidem refert, tantùm triumphum canit de duobus *Joanne* & *Henrico*, nullâ factâ mentione de tertio; qui si eodem supplicio affectus fuisset, de eo certè, tamquam viro in dignitate constituto, potiùs triumphum cecinisset Lutherus; quàm de duobus inferioris conditionis monachis. Constat autem, *Lambertum* adhuc in vivis fuisse sex mensibus post supplicium *Joannis* & *Henrici*: nam Lutherus ad eum, in vinculis constitutum, scripsit epistolam, datam Wittenbergæ an. 1524. feriâ tertiâ post Antonii, quæ refertur in *Farragine Epist. Luth.* prelo editâ Haganoæ anno 1525. *fol.* 15. In ea Lutherus *Lamberto* (quem *Thatii* cognominat) congaudet & congratulatur, quod cum *Joanne* & *Henrico* non perierit. Hinc habemus, *Lambertum* tunc necdum mortuum fuisse, & Lutherum aut necdum scivisse ejus revocationem, aut per hanc epistolam voluisse eum reducere in suam sententiam.

An tres sint combusti?

Duo autem Augustiniani combusti *Joannes* & *Henricus* in pertinacia non perstiterunt usque ad obitum, sed revocatis ante obitum erroribus catholicè obierunt. Quo super habemus episto-

Conversio [du]orum com[bu]storum.

epistolam *Francisci van der Hulst* primarii Inquisitoris eodem die scriptam ad *Joannem Pascha* itidem Inquisitorem & Priorem carmelitarum Mechliniæ, quæ in prædicto vetusto registro Mechliniæ adservatur, sic sonans. Anno 1523.

„ EXIMIO Domino religioso Patri Mag.
„ nostro *M. Pascha* S. T. Professori spectatissi-
„ mo, Conventûs Carmelitarum Mechliniensium
„ Priori.

„ Eximie Magister noster, præ gaudio non
„ potui omittere, quin scriberem reverentiæ
„ vestræ, me certè è tribus Fratribus con-
„ fessoribus istorum duorum igni traditorum, ac
„ aliis habere, eos ipsos ultrà modum catholicè
„ mortuos, & in præcinctu mortis, satis ta-
„ men notabili spatio sive tempore, revocasse
„ nedum omnes hæreses, verùm Lutheranos ab
„ Ecclesia condemnatos, & præsertim eos, quos
„ ipsi tenuerunt; credentes nedum in sanctam
„ *Ecclesiam Catholicam*, sed addentes *Romanam*;
„ rogantes assistentes, nè quis proprio sensu
„ staret præsumptuosè, unde & ipsi se decep-
„ tos fatebantur, sed in fide parentum, præ-
„ decessorum & Ecclesiæ Prælatorum; creden-
„ tes Dominum nostrum Papam verum esse
„ Petri successorem &c. Etiam ita devotè, ut
„ nedum isti confessores, verùm etiam plus
„ quàm assistentium centum ultrà modum ædi-
„ ficati abierunt; ita ut fermè miraculose istud ac-
„ cidisse visum sit. Quòd volebam nescia nè
„ esset D. V., ut cunctis palam fieri possit,
„ & præsertim Domino meo Decano Mechlien-
„ si. Quibus me plurimùm commendo D. V.
„ &c. Raptim ex Bruxella, primâ julii anno
„ 1523. FRANCISCUS VAN DER HULST. D. V.
„ servitor & amicus."

Epistola desuper.

Conversionem autem illam negant Lutherani, fulti testimonio carnificis, quod Erasmus indi- Negant hoc Lutherani.

 cat

Anno 1523. eat in quadam Epistola scripta sexto post hæc anno, nempè 1529., quæ exstat Lib. XXIV. Ep. 4. In ea sic loquitur : *Pridie Visitationis* (Bruxellæ) *exusti sunt* (duo Augustiniani monachi) . . . *Rogatus carnifex ecquam pœnitentiæ vocem edidissent in rogo ? negavit ; sed , cum ducerentur ad palum , clarâ voce testati sunt , se mori christianos ; & alligati palo , admoto igni canere cœperunt symbolum Fidei , mox doxologiam Te Deum laudamus , donec flamma vocem intercluderet.* Hæc Erasmus.

Celebrant eos ut martyres. Itaque duos istos Augustinianos tamquam martyres celebrare cœperunt Lutherani. Æternam , inquit Seckendorf , martyrum horum memoriam auctores plurimi , maximè verò ipse Lutherus fecit latinis germanisque relationibus , hymno etiam germanico eorum mortem celebravit , qui multis annis in sacris ædibus (*Lutheranis utique*) personuit , librisque cantionum paulò vetustioribus , etiam novis quibusdam insertus reperitur. Epistolam etiam gratulatoriam desuper scripsit Lutherus ad Fratres in Hollandia , Brabantia & Flandria , quæ exstat latinè *Lib. II. Epist* pag. 149. Ita Seckendorf , qui in simili gloriatione persistens exprobrat *Maimburgio* , quod scribens Historiam Lutheranismi factum hoc sicco pede transgressus sit , gloriâ nascentem reformationem defraudans.

Seckendorf taxat judices. Dein Auctor ille sui oblitus acerbè invehitur contrà Inquisitores & judices , qui hos monachos examinârunt & condemnârunt ; & judicium suum fert in articulos illis imputatos dicens pag. 281. *ex Articulis , propter quos excarnificati sunt Augustiniani isti duo , nè unum quidem inveniri , qui , non dico morte , sed vix aliâ quam scholasticâ & litterariâ censurâ dignus fuerit.* Sui oblitum dico Virum illum , qui

qui judicat tribunalia legitimâ auctoritate instituta & legitimâ continuò auctoritate suffulta, quique judicat de doctrina in Ecclesiâ condemnatâ, postquam in capite libri sui *pag.* 2. exprobrasset Maimburgio, quod *impietatis & injuriæ condemnet omnes, qui reformationi in Germania operam dederunt.* & *pag.* 3. quod *judicis personam sine auctoritate legitimâ* sumpserit. Anne Seckendorf hic personam judicis legitimâ auctoritate sumpserit potiùs, quàm Maimburgius? Anno 1523.

Sed utinam Vir ille, dum ad judicandum necessariam censebat legitimam auctoritatem, altiùs processisset, & inquisivisset, quà legitimâ authoritate *Lutherus* personam judicis sumpserit & universam Ecclesiam ejusque dogmata tentaverit judicare. Operosè quidem agit ad demonstrandam necessitatem reformandi Ecclesiam, & nullum laborem adhibet ad demonstrandum reformationem illam superiori authoritate demandatam fuisse Luthero. Hoc facere debuisset Auctor pro fundamento prolixæ Apologiæ, quam pro Lutheranismo scribebat.

Adfert Seckendorf *pag.* 281. de hoc hæreticorum supplicio judicium Erasmi, qui, licèt plerumque ambiguè loqueretur, loco, quem refert ex epistolâ ejus data anno 1524. quæque extat Lib. XXI. Ep. 7., sic scribit: *Æquum non est, ut quivis error igni puniatur, nisi accedat seditio aut aliud crimen, quod leges capite puniunt.* Videndum igitur hic, num inter seditiosos reputari debeant illi, qui sine legitima missione doctrinam in populo spargunt condemnatam ab Ecclesia & proscriptam à Principe, ac per eam populum concitant contranitente & sub gravissimis pœnis prohibente utroque foro. Si quis taliter procederet in regioni- Judicium Erasmi.

Anno 1523. bus, ubi Lutherani dominantur, certè inter seditiosos reputaretur. Et vel hinc colligi potest, quale fuerit de hoc supplicio judicium *Erasmi*, qui jam ab anno 1519., modum procedendi Lutheri improbaverat, dum tantùm incipiebat aggredi auctoritatem superiorum & populum adversus eos concitare.

An per Lutheranismum multi in Belgio sint perversi. Cæterùm nè credamus hæresim Lutheranam hoc tempore magnam fecisse stragem in ecclesiis Belgii, & plurimos, ut effutiunt Lutherani, pervertisse, subjungo testimonium *Michaëlis Bay* testis ocularis. Is agens anno 1578. contrà Marnixium de hac re mentionem facit. Objecerat Marnixius Bajo, *horrendam Gothorum vastationem Ecclesiam corrupisse.* Respondet illi Bajus, Ecclesiam persecutionibus non tantùm non corrumpi, quin potiùs purificari; quod probat tum ex scriptura tum ex Patribus: ac tandem subjicit, quod desuper viderat hoc tempore in Belgio grassante Lutheranismo: *sed & ipse*, inquit, *memoriâ repetens, qua ab annis quinquaginta sex* (id est circà annum hunc 1523.) *vidi, quando auctore Luthero cœpit hæresis has inferiores Provincias infestare, invenio & Abbatias monachorum & Capitula Canonicorum & multitudinem inferiorum clericorum & turbam laïcorum ab innumeris & infandis sceleribus esse purgatam; quæ facile possem explicare, si luberet in hominum vitiis exspatiari.* Testimonium hoc Bajus dedit 7. jan. 1578. & refertur inter ejus Opera.

Adrianus PP. VI. consensit in destructionem monasterii & erectionem Parochiæ. Interim Senatores Antverpienses, qui Augustinianorum extirpatorum bona apprehenderant, & fortè jam aliqua mobilia vendiderant, timentes, nè, quæ bona intentione fecerant, fortè in malam partem verterentur; & nè vel ideò judicarentur incurrisse excommunicationem,

aut

aut aliàs pœnâ digni censerentur ; recurrunt ad MARGARETAM Belgii Gubernatricem supplicantes , quatenùs ipsa pro tollendo periculo & conscientiarum scrupulo dignaretur à Pontifice petere absolutionem , in quantum opus , si quid forsan culpæ in præmissis intervenisset : simulque indicant Gubernatrici desiderium populi , ut in loco isto erigatur Parochialis Ecclesia , rogantque , ut requirat super hoc licentiam pontificiam. Scripsit itaque Romam MARGARETA. Pontifex autem ADRIANUS VI. desuper Bullam dedit ad dictam Gubernatricem , per quam absolvit Senatores Antverpienses ab omni censura , si quam incurrissent , & consentit in destructionem totiùs monasterii ac in erectionem Parochiæ circà fundum dicti monasterii. Constant hæc ex litteris MARGARETÆ infrà referendis ad annum 1529. Anno 1523.

De ista ADRIANI Bulla etiam fit mentio in Litteris Capituli & Senatûs infrà ad eundem annum referendis. In illis autem dicitur , Pontificem Gubernatrici mandasse , ut tàm Ecclesiam quàm alia illius Conventûs ædificia funditùs dirui & demoliri faceret ; & consensisse pro commoditate populi in erectionem Parochiæ in loco dicto Conventui vicino , qui tamen ipsius Conventûs non esset (sic indubiè Gubernatrix consensum Pontificis petierat , quià Imperator monasterium & ad illud pertinentia sibi addixerat) quæ Ecclesia locum , in quo fidelium corpora in eodem Conventu inhumari solebant , pro cemeterio haberet. Dolendum , quod istam Bullam non habeamus , notenter quòd in illa præter hæresim Lutheranam aliæ causæ referantur , ob quas Pontifex voluerit funditùs destrui hoc monasterium ; ut indicatur in dictis Litteris. Et istæ fortè sunt rationes , quæ *Grammaye* moverunt ad dicendum , quod

mona-

Anno 1523. monachi illi *ob quædam nec ferenda nec referenda pulsi* sint. Et hinc ulteriùs suspicari datur, duos istos Augustinianos Bruxellis combustos, non propter solam hæresim, sed & propter alias notabiles rationes supplicio illo affectos fuisse. Interim data fuit hæc Bulla anno hoc 1523, ante 14. septembris, nam eo die obiit ADRIANUS PP. VI. Parochiæ autem illius erectio tardavit usque ad annum 1529. ob rationes infrà referendas.

1524. MICHAEL HILLENUS Hoogstratanus Antverpiæ sedem fixit sub insigni Rapæ, artemque typographicam ibidem post *Adrianum à Liesvelt* primus exercuit circà annum 1524., latinè græcèque doctissimus; in libris edendis, notandis, præfatione illustrandis nulli suo ævo secundus. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 893. Annus obitûs ejus non notatur.

Michaël Hillenus.

Margareta van der List Priorissa Victorinarum, seu Nonnarum vallis S. Margaretæ in suburbano ad portam S. Georgii, obtinuerat anno 1519, ab Episcopo Cameracensi potestatem, sumptâ ad fœnus pecuniâ, gravandi monasterium pro erigenda nova Ecclesia. Præparatis autem paulatim necessariis anno demùm 1524. fundamenta Ecclesiæ jacienda curavit, primum lapidem ponente *D. Gaspare van Halmale* Consule, secundum *Francisco Colebrant* Secretario Civitatis. Ita Papebrochius *Annal. MSS.* Ecclesia hæc non diu incolumis stetit; nam anno 1542. occasione belli Rossemiani destructa fuit, sicut & totum monasterium. Religiosæ confugerunt in Civitatem, ubi hodieque perseverant.

Victorinæ ædificant novum templum.

Ante Pascha hujus anni fama ferebat *Nicolaum de Bruxellis* Pastorem D. Jacobi Antverpiæ in sermo

Pastor S. Jacobi prædicat errores.

sermonibus disseminasse errores circà fidem. Fama hæc pervolavit Lovanium usque, ac pervenit ad S. T. Doctores, qui hoc turbulento tempore invigilabant sanæ doctrinæ. Hi mox è suis deputant Antverpiam *Ruardum Tapperum* S. T. Doctorem, qui rem inquirat ac inventum reum conetur ab erroribus revocare. Sic autem Tapperus commissionem suam executus est, ut Pastor agnoscens errores suos post Pascha tenderit Lovanium & coram tota Facultate theologica, ejus causâ congregata, errores suos agnoverit & abjuraverit. Et promiserit se deinceps christianam religionem propugnaturum ac hæresim Lutheranam expugnaturum.

Anno 1524.

Abjurat.

Verùm paulo post iterum auditum est Lovanii per fide digna testimonia, prædictum *Nicolaum* relapsum esse, & pejora quàm ante prædicâsse. Hinc S. Theologiæ facultas scribit desuper ad Capitulum Antverpiense tamquam Patronum & Pastorem primitivum, admonens nè & ipsi seductionis participes fiant; adeoque ut, cum aliud medium non supersit, ad depositionem procedant. Epistolam illam mittunt Doctores per officiarium suum 5. julii 1524. quam ex originali subjungo. Verùm quædam verba omittuntur, ubi signum (...), quia legi non poterant propter laceram chartam in plicis.

Relabitur.

„ VENERABILIBUS ac præstantissimis Do„ minis, Ecclesiæ beatæ Virginis Antwerpien„ sis Canonicis, (....) suis semper honoran„ dis.

Epistola Facultatis Theologicæ desuper.

„ Venerabiles ac circumspecti Domini post „ omnimodam sui commendationem pro debito „ vocationis nostræ ad Religionem christianam „ cogimur ostendere, quæ sit nobis ergà Christum „ affectio, quis ergà Sanctissimam ejus fidem zelus.

Ex Archivis Capituli.

„ Aliàs

Anno 1524. „ Aliàs fuit rumor, vano constantior, de
„ Pastore vestro sancti Jacobi magistro *Nicolao*
„ *de Bruxellis*, qui rudes & palpabiles in suis
„ sermonibus ante Pascha dicebatur seminasse
„ errores, &, ut fama vulgaverat, rem per-
„ spectam habuit confrater noster in Theologia
„ magister *Ruwardus de Enchusia*, nostro no-
„ mine ad præfatum *Nicolaum* missus, qui
„ super erratis paternam adhibuit monitionem.
„ Dein peractis festis Paschalibus venit Lovanium
„ præfatus *Nicolaus*, qui præsentibus omnibus
„ magistris nostris, ejus causâ congregatis,
„ suos errores pernitiosos abjuravit, quos jam
„ ante agnoverat; promisitque deinceps se
„ Christi exhibere propugnatorem ac illius damp-
„ natæ heresis Lutheranæ expugnatorem; quod-
„ que ab errore revocaret, veritatisque luce
„ illuminaret, quos suo sermone seductos cog-
„ novisset.

„ Jam autem proch dolor! plurium fide dig-
„ norum testimonio, quibus assensum negare
„ non possumus, persuasum habemus ante-
„ dicti *Nicolai* in graviora relapsum, quem
„ vestris dominationibus insinuamus, ut pesti-
„ feris hominis dogmatibus (quantùm in vobis
„ est) obviam ire studeatis, nè illius errata vos
„ involvant, neve rei sitis apud Dominum
„ animarum, quæ occasione perversæ ejus doctri-
„ næ pereunt. Seductionis subditorum à Domi-
„ no judicatur author, qui tales non excludit
„ unde salutis, famæ & honoris dispendia
„ nobis pendent & parantur pariter, si . . . libe-
„ riùs scribamus. In materia fidei dissimulare
„ non possumus; eaque de causa mittimus pre-
„ sentem nostrum Officiarium vestris Domina-
„ tionibus optimè notum. Cum hiis valeant
„ V. D. perenniter. Ex Lovanio quintâ julii
„ anno XV^c XXIIII.

„ V. D.

„V. D. devoti Oratores Magistri theologicæ „facultatis studii Lovaniensis." Anno 1524.

Appendebat sigillum facultatis S. Theologiæ in cera rubra.

Quis autem finis fuerit hujus Pastoris, non liquet.

Decretum contrà Augustinianum Monachum.

Hoc anno prodiit Edictum imperatorium contrà Monachum quemdam Augustinianum, qui Lutheranismum prædicabat, quo cunctis prohibebatur accedere ad ejus conciones sub pœna amissionis superioris vestis, & promittebatur præmium 30. florenorum ei, qui prædicantem caperet. Populus autem mandatum hoc non timens quâdam Dominicâ convenit ad locum *het Timmersaet*, in quo fabricantur naves, ubi Augustinianus exspectabatur. Verùm cum Augustinianus exspectatus non veniret, presbyter quidam nomine *Nicolaus* (Wesenbeeck editione gallicâ anni 1569. pag. 22. eum nominat *Nicolas Danners.*) ascendens navim ibidem factam seu refectam cœpit prædicare: hic autem propterea à duobus lanionibus captus traditus est Superioribus, & posterâ die sacco inclusus projectus est in schaldim è littore, ubi habetur machina dicta *de Kraen*. Ita Martyrologium heterdoxorum.

Presbyter quidam capitur & submergitur.

Timmersaet ubi.

Nota: locus *het Timmersaet* hoc tempore verosimiliter erat circà Faconitas, antequam pars dicta *de Niew-stadt* incorporata erat Civitati: mœnia enim hoc tempore erant canales, quibus à tinctoribus & braxatoribus nomina; inter quos erat porta dicta *cisterne-poort*, unde molendinum aquaticum ibidem positum usque in hodiernum diem nomen retinet *Cisterne-meulen*.

Idem verosimiliter factum paulò aliter refert Papebrochius *Annal. MSS.* ad eundem hunc annum, dicens: mense julio circà festum S. Jacobi

Anno 1524. S. Jacobi apostata quidam Augustinianus ex conventu Iprensi, qui abjecto habitu barbitonsorem profitebatur; deprehensus in navi, propè Faconitas positâ, prædicare, sacco inclusus de Wervâ in Schaldim præcipitatus periit.

1525. Idem aut simile factum latiùs refertur ad annum sequentem in *Antwerpsch Chron. pag.* 25. Præmittimur autem ibidem, quod anno 1525. 29. julii, cum plures ignoti advenirent & prædicarent in vestibus secularibus variis in locis tam intrà tam extrà Civitatem; nimirum juxtà crucem ad portam Lutosam; in campo S. Willibrordi & juxtà Begginagium; prohibitum sit quibusvis similibus prædicare aut intrà aut extrà Civitatem sub pœna vitæ & bonorum.

Prohibetur ignotis prædicare sub poena capitis.

Augustinianus quidam prædicat. Non obstante autem hoc decreto posterâ die 30. julii Augustinianus quidam Sacerdos in vestibus secularibus concionatus est ante monasterium Faconitarum constitutus in navi, quæ ibidem reficiebatur. Promissi autem erant centum floreni eis, qui ipsum caperent. Unde finitâ concione, cum è navi descendisset, captus est non à ministris Civitatis, sed ab incolis; qui eum duxerunt ad Curiam & tradiderunt Senatui. Inde ductus est ad carcerem *het Steen*, ubi & examinatus est, indictumque est ipsi, quod supradictum decretum transgressus esset, quodque consequenter morte esset plectendus.

Capitur ab incolis & incarceratur.

Posterâ die 31. julii congregatum est Concilium mane horâ sextâ & lata est in eum sententia mortis, quæ executioni mandata est circà decimam ejusdem diei. Sed cum timeretur tumultus, comparuerunt armati omnes Gildæ & quidam ex opificiorum collegiis, ad resistendum; si qui executioni sese opponere tentassent.

Condemnatur & submergitur.

tassent. Itaque Schultetus & Burgimagistri accesserunt ad carcerem, & Augustinianum extractum duxerunt ad ripam Schaldis dictam *de Werf*, ubi impositus sacco, qui ligabatur ad pectus, ad collum & ad caput, per tortorem projectus est in Schaldim & submersus. Vidi *Cron. MS.*, quod factum hoc refert ad annum 1528. Anno 1525.

Cum deinceps hâc occasione viris ex gildis & opificiis, qui armati comparuerant, desuper exprobrationes fierent, publicatum fuit edictum, quo prohibebatur cuiquam exprobare, quod captivum duxissent aut cœpissent sub pœna perpetui exilii. Ita prædictum *Chronicum*. Prohibentur exprobrationes desuper.

Interim Antverpiæ & in reliquo Belgio magna erat in vulgo confusio, civibus mutuo interrogantibus, quam fidem tenerent, Dominicanamne an Augustinianam? Confusio inter cives circà fidem.

Quin etiam cœperunt sentire principia renascentis Iconoclasmi in suburbiis; cum ultimâ augusti in Luythagis, ad Incurabiles (*id est ad Leprosarium* Terzieken in *suburbio*) & alibi invenirentur quædam Cruces & Imagines sanctorum confractæ: cujus sacrilegii Auctores ut invenirentur, propositum est indicaturis præmium centum florenorum. Ita Papebrochius *Annal. MSS.* Principia Iconoclasmi.

Hinc colligere datur, sensa rusticorum tumultuantium in Germania & Lotharingia, qui hoc anno variis in locis cæsi erant, jam inde huc transvolasse, seu principia Anabaptismi excitati per *Thomam Muncerum* hic cœpisse divulgari. Ille enim, ut refert Harœus *Annal. Duc. Brab.* ex Cochlæo contemporaneo, non solum Imagines sanctorum, sed etiam ipsa templa & monasteria diruere, Sacramenta penitùs abolere, Episcopos, presbyteros & monachos occidere atque etiam Principibus omnem Seu Anabaptismi.

Anno 1525. nem gubernandi potestatem eripere conabatur.

Ejusdem anni 4. septembris in theatro ante Curiam expositus fuit quidam Proxeneta, dictus *Michaël Smits*, eo quod se immiscuisset tumultui fœminarum, de quo suprà, & negotio Augustiniani submersi. Post duos dies 6. septembris iterum exponitur in eodem loco, & lingua ejus forcipe dividitur, & ad decem annos è Civitate relegatur. Ita *Antwerpsch Chron. Pag.* 26.

Quidam tumultuosus punitur & relegatur.

Die 30. decembris condemnatus hic fuit quidam Doliarius, qui dicebatur unus fuisse ex illis, qui Coloniæ tumultum excitârant. *Ibidem pag.* 27. tumultum nempè Anabaptisticum juxtà sensa Thomæ Munceri. Hinc credendum, eum simile quid hic Antverpiæ attentasse.

Quidam Anabaptista punitur.

Verosimiliter autem occasione horum *Lutherus* scripsit ad Antverpienses prolixam illam Epistolam, quæ in operibus ejus refertur *Tom. VII. Wittenb. lat. fol.* 503. Imputabatur enim ei, quod secta Anabaptistarum seu Phanaticorum originem duxisset ex ejus doctrina. Hoc ægrè ferebat Lutherus, & omni modo conatus est avertere hoc probrum. Jam inde anno præcedenti, ad se desuper justificandum, scripserat epistolas ad Senatum & Cives *Mulhusinos* & ad Electorem Saxoniæ, & fortè plures ad alios. Seckendorff *Comment. Luth. Lib. I. Pag.* 303.

Luthero imputatur origo Anabaptismi.

Cum autem audisset etiam inter Antverpienses errores illius sectæ cœpisse divulgari, se id audivisse, indicat Lutherus in epistola, quam initio hujus anni, nempe feria 2. post Lætare, scripserat G. Spalatino, in qua hæc scribit. *Novum genus Prophetarum ex Antverpia hic habeo asserentium Spiritum sanctum nihil aliud esse quàm ingenium & rationem naturalem.*

Scribit desuper ad Antverpienses.

Prophe-

Prophetas nominat, quia Anabaptistæ revelationibus ducebantur. Refertur ista epistola in collectione Epist. ejus *tom. II. edit. Eislebii* 1565. *in* 4. *fol.* 278. *verso.*) volens avertere seu prævenire inter illos dictam criminationem, scribit prædictam Epistolam ad eos, inter quos confidebat se adhuc plures habere fautores seductos per expulsos Augustinianos. Nec dies nec annus in epistola illa notatur, sed communiter scripta putatur hoc anno 1525. Certum est autem, seriùs scriptam non esse, quia eam relatam vidi in *Ferragine Epist. Luth. fol.* 80. prelo editâ Haganoæ hoc ipso anno 1525. Conatur autem Lutherus in ea potissimè se justificare execrando illorum doctrinam, cujus varias Propositiones recensens ab illis dehortatur Antverpienses & ad sua sensa sectandum adhortatur. Anno 1525.

Seckendorf autem in *Comment. Luth. Lib. II. pag.* 30. *n.* 5. efficaciori modo conatur super dicta criminatione justificare magistrum suum, dicens: *Fanaticorum secta in Belgio gliscebat, antequam Lutherus Papatum impugnare cœpisset.* Hoc dicit, sed non probat. Interim inde deducit hanc conclusionem: *adeoque non Lutheranismi sed Papatûs proles erat.* Certè Vir ille, qui Lipsiæ in *Actis* desudabat *Eruditorum*, tam nudas assertiones non tulisset in aliis, nec conclusiones inde deductas admisisset. Ita nec nos. Interim admittit Seckendorf *ibidem*, illos, quos anteà propter Inquisitionem sese occultasse dicit, audaciùs opiniones suas cœpisse publicare occasione libertatis evangelicæ, quam prædicabat Lutherus. Et certè plurimi hoc tempore eodem jure & eâdem auctoritate, quibus Lutherus, libertatem evangelicam ducebant quo volebant, & quisque pro genio suo sectam efformabat: unde maxima confusio inter

Qualiter Seckendorf eum justificet.

Annô 1525. inter christianos, quæ meritò Luthero adscribitur.

Guilielmus Heda. Hoc anno 3. novembris obiit GUILIELMUS HEDA Canonicus Antverpiensis, qui, ut suprà vidimus, testis fuerat in confectione Concordati initi anno 1514. in Cancellaria Brabantiæ inter Capitulum & Augustinianos jam expulsos. Erat natione Batavus, *Alfenus* secundò lapide à Lugduno Batavorum. Pluribus legationibus functus pro MAXIMILIANO Imperatore, PHILIPPO I. Hispaniarum Regi à secretis fuit, Præpositus Arnhemensis & Decanus S. Joannis Trajectensis. Vir erat doctissimus, in historiis versatissimus, in antiquitatibus perquirendis solertissimus. Scripsit *Chronicum Hollandiæ* & *Episcoporum Ultrajectensium*; *Genealogiam domûs Austriacæ* & *vitas SS.*, *qui Bataviam ad Christum converterunt*. Hoc MS. periit. Obiit autem Antverpiæ in domo, quam sibi ædificaverat, & in Eccl. B. M. sepultus est. Foppens *Bibliot. Belg. pag.* 405. Vossius &c.

1526. Joannes Custos. Anno sequenti obiit JOANNES CUSTOS Grammaticus celebris, Scholæ Antverpianæ ad D. Virginis Rector. Erat oriundus ex Brecht municipio Brabanto. Primum Lovanii in Artium promotione obtinuerat locum anno 1496. è pedagogio Liliensi, & in Castrensi Gymnasio Litteras docuerat humaniores. Dein Scholæ Groninganæ in Frisia Rector, post Antverpiæ. Consenuit tandem, docuitque privatim in patria. Scripsit *Grammaticam latinam* sæpiùs evulgatam, *Versus* quoque *Alexandri Grammatici* emendavit. Idem Bibl. *Belg. pag.* 623.

Notandum, quod Antverpiæ in Scholis parochialibus docerentur humaniora, & quod, ut suprà ad an. 1521. diximus, extra eas prohibitum esset docere linguam latinam.

Huic

Huic fortè in Scholis Antverpiensibus successit *Judocus Velaraeus* Verbroecanus. De eo agitur in præcitata *Biblioth. Belg. pag.* 771., diciturque Antverpiæ ludum litterarium aperuisse. Referuntur ibidem varia ab ipso è græco latinè versa, è quibus plura prelo excusa Antv. in 8. anno 1528. Et ut adolescentibus sibi traditis ad græcæ linguæ studium stimularet, græcè reddidit *Pædologium Petri Mosellani*. Annus obitûs ejus non indicatur. Hinc colligere possumus, quod in his parochialibus Scholis non tantùm lingua latina, sed & græca doceretur. Anno 1527. Judocus Velaraeus.

Sicut hoc tempore propter variarum Sectarum prædicatores timebatur infectio populi in spiritualibus, & omne medium adhibebatur ad eam impediendam: sic & incipiebat timeri infectio in corporalibus, & quæri medium ad eam impediendam. Nuper grassata fuerat hìc pestis & alii morbi contagiosi. Alexiani autem, qui juxtà instituta sua debebant inservire cujusvis generis ægrotis, habitabant in præcipua civitatis parte in loco, quem dein secavit via dicta *de Vleminxstraet*, circum quam habitabant aut transire continuò debebant præcipui tum ecclesiastici, tum laici. Quia autem Alexiani ibidem habitantes communicationem habebant cum ægrotis, timebatur inde infectio in populo: hinc murmurantes cives desiderabant, ut domicilium transferrent ad locum extrà populum, ut infrà ad annum sequentem latiùs dicetur. Populus vult ut Alexiani transmigrent.

Timor hic infectionis corporalis etiam occasio fuit ad transferendum Cemeterium in Hospitali S. Elizabethæ. Designârunt enim hoc anno Hospitalariæ pro novo Cemeterio pratum unius In Hospitali consecratur novum Cemeterium.

 bonarii

Anno 1526. bonarii & ultrà (quod jam factum est per plateam dictam *Gasthuys-beemden*. Pars ejus occidentalis hodie est ipsius Hospitalis hortus; cujus pars adhuc fervit sepulturæ) quia locus circà Capellam & habitationes earum nimis parvus erat, & mala inde timerentur. Recurrunt itaque hoc anno ad Episcopum Antverpiæ existentem, supplicantes, ut ob rationes prædictas locum illum pro Cemeterio consecrare dignaretur. Consecravit autem illum Suffraganeus ejus & indulgentias desuper concessit, quas Episcopus confirmavit per Litteras eodem die datas, quas ex originali subjungo.

Litteræ Epis. desuper.

Ex Archivis Hospitalis.

„ROBERTUS DE CROY Dei & apostolice Sedis gratiâ Administrator Ecclesie & Dux Cameracensis, Princeps sacri Imperii, Comes Cameracesii &c. universis & singulis presentes Litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam.

„Notum facimus & presentium tenore certificamus, quod Reverendus Pater Dominus ADRIANUS eâdem gratiâ Episcopus . . . , noster in pontificalibus Vicarius, die date presentium, ad humilem supplicationem dilectarum nobis in Christo Domine seu Rectricis & Sororum Hospitalis magni sancte Elizabeth opidi Antwerpiensis nostre diocesis, de nostris licentiâ & permissu, certum pratum quantitatis unius bonarii & ultrà, situm infrà cepta ejusdem Hospitalis, retro domum curati ipsius Hospitalis, per easdem supplicantes ad sepeliendum inibi de cetero cadavera pauperum in hujusmodi Hospitali decedentium, qui ad illud indies copiosissimè egroti confluunt, propter alterius cimiterii, circum Capellam & sororum ejusdem habitationem siti, nimiam parvitatem & alia pericula vitanda, ordinatum, in Cimiterium

„seu

„ seu atrium novum cum benedictionibus, in- Anno 1526.
„ censationibus ac aliis circà hoc requisitis ce-
„ remoniis & solemnitatibus in Dei nomine de-
„ dicavit & consecravit : dans & concedens
„ omnibus & singulis Christi fidelibus verè con-
„ tritis & confessis, dictum Hospitale singulis
„ diebus Lune & Veneris ac in die Animarum,
„ devotè visitantibus, & ad sustentationem
„ pauperum inibi decumbentium suas elemosinas
„ porrigentibus, quadraginta indulgentiarum dies
„ de injunctis eis penitentiis ex parte sui, &
„ totidem ex parte nostri; quam concessionem
„ nostrâ ordinariâ auctoritate confirmandam
„ duximus & harum serie confirmamus.

„ Datum & actum Antwerpie nostre dioce-
„ sis sub sigillo nostro anno Domini millesimo
„ quingentesimo vigesimo quinto, stylo scri-
„ bendi Gallico, mensis februarii die primâ.
Id est stylo hodierno anno 1526.

„ Per Dominum Administratorem & Ducem &c.
„ *De Nispen.*"

Eodem hoc anno 26. februarii erectum hìc erat in foro theatrum, quod ascenderunt Cancellarius, Consiliarii, Burgimagistri, Marcgravius & Scabini Antverpienses, ibidemque coram illis concionem ad populum habuit Plebanus (*Opper-prochiaen.*) Inter prædicandum autem ascendebant decem personæ, inter quas duæ feminæ, singulæ candelam gestantes, & unus ex illis facem (*Torse*), debuitque Plebanus statim abrumpere concionem propter nimium in populo rumorem. Personis illis imposita sunt mantella, in quibus expressa erant vel Ven. Sacramentum, vel Lutherus cum diabolis vel libri aliqui. Uni autem domi suæ ægrotanti, ligatori librorum, qui deprehensus fuerat prædicare famulis suis, mantellum domum missum est ei imponendum.

Decem Cives qui privatim docuerant, puniuntur.

 Dies

Anno 1526. Dies erat, quo habebatur publica processio (verosimiliter extraordinaria & ad hunc actum instituta; nam ordinariè mense februarii non fiunt processiones publicæ) Viri ex Gildis stabant in foro armati usque ad plateam *Bradery-straet*, reliqui ex Gildis & opificiorum collegiis erant in suis respectivè Cameris, etiam armati quidam. Inter hæc autem Processio accedebat & transibat forum, & Rei cum mantellis & candelis in manibus secuti sunt VEN. SACRAMENTUM usque in Ecclesiam. Hinc conjicere possumus eos divulgasse errores circà hoc Sacramentum. Ex Ecclesia autem redierunt ad Curiam, ubi combusti sunt eorum libri; & depositis mantellis singuli domum redierunt. Factum hoc refert *Antwerpsch Chron. pag.* 27. ubi junguntur nomina illorum decem hoc modo: *Loy de Schalidecker, Schoelant Jan, en Formants Huys-vrouwe, Than Brodric, Juffrou in de Tenne-schotel, Rochus den Droogscherder, Meester Peeter Barbier, Rut de Cousmaker, ende Joos Blanckaert was sieck.*

Decretum contra privata conventicula in materia Religionis. Cum Lutheranis & cujusvis generis sectariis tam rigorosè prohibitum esset publicè prædicare, & plures jam pœnam subiissent, cœperunt ad evitandam prosecutionem errores suos spargere in privatis conventiculis, ut insinuatur in suprà relato facto: ad quod impediendum publicatum fuit hoc anno Edictum ex parte Imperatoris datum Mechliniæ 17. julii 1526., quod sic sonat.

„Quandoquidem, non obstante edicto anni „1521. contrà Lutherum ejusque fautores, pas„sim serpat malum, quiesque publica turbetur, „hinc est, quod ordinamus & præcipimus, „ne quisquam conventiculis quibuscumque, ubi „privatim de Scripturæ intellectu conferatur, „intersit, & neque domi suæ nec alibi quid-

„quam

„ quam dicat faciatve, quod simplicem popu- Anno
„ lum à reverentia Sacramentorum, honore 1526.
„ Deiparæ vel aliorum Sanctorum, à suffra-
„ giis pro defunctis, jejuniis, aliisque, quæ
„ Ecclesia præcipit ex usu & traditione christia-
„ næ fidei observanda, ullâ ratione divertat
„ aut distrahat, sub pœna pro prima vice
„ viginti florenorum Carolinorum, pro secun- Pœnæ p. contravenie tibus.
„ dâ quadraginta, pro tertiâ vice octoginta
„ similium florenorum; vel si eos solvere non
„ potuerint, sub pœna perpetui exilii. Nihi-
„ lominùs committentes Senatores loci prædic-
„ tam pœnam augendi vel minuendi vel alte-
„ randi potestatem, prout eis visum erit." Refert hæc Haræus *Annal. Duc. Brab. ad hunc annum.*

Quantò autem magis grassans hæresis cona- 1527. batur destruere venerationem & reverentiam ergà sacras Imagines, tantò ampliùs Antverpienses, qui hactenus constantes fuerant in fide, suam ergà easdem exhibere voluerunt, & pietatem suam in hoc puncto quibuscumque notam esse curaverunt. Eum in finem hoc anno 1527. splendidam Crucem erexerunt in amplissimo civitatis loco, dicto *de Meer*. Vetus porta ibidem sita nuper dejecta fuerat, & canalis, qui locum istum secabat, tectus ponte usque ad plateam dictam à Clarissis; unde locus iste factus est, estque hodie, amplissimus totius Civitatis. In isto itaque præcipuo suo loco Antverpienses in protestationem venerationis suæ ergà sacras Imagines, & despectum nascentis hæresis Crucem splendidam erexerunt.

Crux erecta in Meta.

Crux illa ferrea erat, ponderis librarum mille sexcentarum, utrimque habens Crucifixum, qualem videre est in veteri Civitatis tabula. Qui autem eam posuit nominabatur Qualis:

Anno 1527. *Lambertus Leuſele* (alii ſcribunt *van Euſele*) ſtetitque ibidem uſque ad annum 1580., quo tempore Religio oppreſſa erat ſub jugo hæreticorum, quando 25. Martii per quendam geuſium Capitaneum dejecta & confracta fuit: alia vero lignea ſubſtituta eſt anno 1593. Ita Papebrochius ex Valkeniſſe. Chronica Impreſſa & MSS. etiam mentionem illius erectionis faciunt.

Pluries renovata.

Veneratio Antverpienſium ergà ſacras Imagines

Sicut autem fides in perſecutione creſcit, ſic veneratio ergà ſacras Imagines crevit renaſcente & creſcente Iconoclaſmo. Hinc ſeculo elapſo anno 1635. non tantum loco ligneæ illius Crucis erecta eſt ære publico admiranda Crux metallica cum crucifixo deaurata, impoſita pedi marmoreo altitudinis 33. pedum, cujus Iconiſmum exhibuit le Roy *Not. March. S. R. J. pag.* 75.: ſed etiam in pluribus aliis civitatis locis erectas vidimus ſumptuoſas Cruces; imo vix platea videtur, quin publicè expoſita videatur ſumptuoſa Imago D. Virginis aut alterius Sancti. Sic Antverpienſes publicè notam voluerunt venerationem ſuam ergà ſacras Imagines in deſpectum hæreticarum opinionum.

Alexiani petunt licentiam emendi fundum ad transferendum monaſterium.

Supra dixi Cives timentes infectionem cœpiſſe ægrè ferre, quod Cellitæ ſeu Alexiani, qui communicationem habebant cum omnis generis ægris, domicilium haberent in præcipua civitatis parte. Alexiani autem timentes, nè res ultrà progrederetur, & nè aliquando ex improviſo cogerentur locum deſerere, occaſionem nacti pro commodo fundo acquirendo, recurrunt ad Principem, ſine cujus conſenſu eum acquirere non licebat, ſupplicantes quatenùs ſibi licentiam concedere dignaretur ad eum acquirendum; quam & obtinuerunt ſub conditione priorem fundum divendendi ad prophanos uſus,

per

per diploma datum 23. martii anno hoc Anno
1527. stylo hodierno, quod ex originali 1527.
subjungo.

Obtinent à Principe.

Ex Archivio Alexianorum.

KAERLE by der gratien Godts ghekoren Roomsch Keyser... *allen den ghenen die dese onse brieven zullen zien oft hooren lesen saluyt.*

Doen te wetene, dat wy ontfangen hebben die oitmoedige supplicatie van onsen beminden die Pater *ende* ghemeynen Broeders *van den* Cellebroederen *in onser stadt van Antwerpen, inhoudende, hoe dat huer* Convent *ende* Godshuys *gelegen ende gescitueert es in eene van den principaelsten straeten ende in't herte der voirs. onser stad, aldaer ontrent woonen ende voir by moeten gaen van den notabelsten van der selver onser Stad zoe geestelyke, weerelyke Coopluyden ende andere.*

Ende want de zelve suppliaanten ter zaken van heurder Oerdenen ende professie zyn schuldich alle menschen, van wat conditie of state die wesen moghen, te hulpen ende by te stane in allen ziecheyden, sunderlinghe ende aldermeest in tyde van Peste ende andere smettelyke ziecten, daer duere daghelycx diverse groote clachten ghebeuren by den ghebueren, ende andere daer daghelycx voir by gaende: versuekende de Ons daerom hier op te willen hebben ooghe ende consideratie, ten eynde dat zy suppliaanten hen zouden moghen transfereren in eenige andere plaetsen buyten den volcke bynnen der selver onser Stad gelegen, ende de plaetse ende erve van den Goedshuyse, daer zy nu jegewoirdelyck inne woonen, doen profaneren ende voirts vercoopen aen de weerelycke persoonen.

Ende overmits dat zy suppliaanten beduchten, dat zy morghen oft overmorghen van daer zouden

Anno 1527. *den moeten vertrecken, hebben uuytgesien ende vernomen naer een andere plaetse ende erve hen luyden commodeuselyck ende van noode wesende, de welcke zy hebben gevonden in't eynde van der Langer-nyeuw-straeten, omtrent* Jesus Capelle, *in der voirn. onser Stadt, de welcke zy zouden wel hopen oft mynen te ghecryghene.*

Maer, want, achtervolgende zekere ordonnantie ende statuyten ghemaect in de additie van onser blyder incompst, *allen geestelycken Persoonen es gheinterdiceert ende verboden gheweest by eenighen titule, wye hy zy, te moghen vercryghen eenige gronden van erven in onsen landen van Brabant gelegen, zoe en zouden de zelve suppliantea, omme dese voirs. plaetsen te vercryghene, nyet dorven daer naer staen, zonder eerst ende alvoiren daer op te hebben onsen oirlof, octroy ende consent. Alzoe zy suppliantea zegghen. Ons daer omme seer oitmoedelyc biddende ende verzueckende.*

Waeromme zoe eest, dat wy die zaken voirscreven overghemerct, ende hier op ghehadt d'advys van onsen wel beminden die Borgemeesteren ende Scepenen onser voirs. Stadt van Antwerpen, den voirn. suppliantea gheneghen wesende tot heurer voirs. supplicatien ende begheerten, hebben in den gevalle als boven gheconsenteert, gheoctroyeert, gheaccordeert ende ghewillekeurt; consenteren, octroyeren, accorderen ende willekeuren, hen ghevende oirloff ende consent uuyt onser zunderlinger gratien mits dessen onsen brieve, dat nyet tegenstaende de voirs. onse ordonnantie ende statuyten gemaect in de additien van onse voirs. blyder incompst (de zelve nochtans in anderen pointen in huere vigheur ende gheheel blyvende) zy suppliantea zullen moghen coopen ende vercryghen de voirn.

plaet-

plaetse ende erve in't eynde van der voirs. Langher-nyeuw-straeten *by ende ontrent* Jesus-Capelle *voirs. in onser voirs. Stadt van Antwerpen, ende hen aldaer transfereren, erigeren ende maken heur luyder nyeuwe* Goidshuys *ende* Convent, *ende huer daerinne moghen laeten goeden ende erven door ende voir die ghene, dien't behoeven zal: behoudelyck dat zy de plaetse ende erve, daer zy nu inne zyn, zullen doen profaneren ende vercoopen weerlyke persoonen tot vermeerderinghe van der neeringhen in der selver onser Stadt.* Anno 1527.

Ontbieden daeromme ende bevelen .... Nyet tegenstaende ....

Des toirconden hebben Wy onsen Zeghel hier aen doen hanghen. Ghegeven in onser Stadt van Mechelen den XXIII. *dach van Meerte in't jaer ons s'Heeren duysent vyff hondert sessentwintich voir Paesschen, ende van onsen Rycken, te wetene van den Roomschen en Germanien d'neghenste ende van Castilien ende anderen d'elfste.*

By den Keyser *in zynen Raede.* De Cock.

Fundum hunc Fratres Alexiani obtinuerunt, estque idem ipse, quem hodieque inhabitant: & ad eum prævio mandato ex parte Senatûs Antverpiensis deinceps transmigrârunt circà annum 1548., quo demùm licentiam ad primum monasterium (quod ab anno 1345. inhabitaverant) cum Capellâ divendendum ad profanos usus Româ obtinuerunt, ut infrà dicetur. Fundum acquirunt.

Plura Chronica MSS. notant hoc anno 1. martii arsisse Ecclesiam Abbatiæ S. Michaëlis cum turri, incendio per incuriam plumbariorum orto. Papebrochius *Acta S. Norb. pag.* 954. Ecclesia S. Michaëlis ardet.

C. refert

Anno 1527. C. refert idem ad 10. martii anni sequentis ex Chron. MS. D. Snyers.

1528. Quidam impostor *Ottho Pack* Vice-cancellarius Ducis GEORGII, volens concitare totam Germaniam, affirmaverat PHILIPPO Hassiæ Landgravio zeloso Lutherano, catholicos Germaniæ Principes contractum iniisse ad opprimendos hos duos principes & Religionem, exhibens copiam Litterarum desuper confectarum, quas met confinxerat, & promittens exhibere originale. Hoc prætextu Landgravius & Elector Saxoniæ militem conscripserunt & quaquaversum scribentes conquerebantur de processu catholicorum. Principes Catholici, qui nihil simile in mente habuerant, facile se justificârunt & bellum inceptum non fuit. *Ottho* autem, qui originale juxtà promissum exhibere non potuerat, convictus est, quod id excogitasset ad turbandam Germaniam; & derelictus à Landgravio, aliquo tempore vagabundus, tandem Antverpiæ morte punitus est. Ita Fleury *Hist. Eccl. liv. CXXXI. n.* 80. Qualiter autem aut quo præcisè tempore hìc morte punitus sit, non notat. Infra ad annum 1536. videbitur morte plexus Bruxellis.

Ottho Pack Antverpiæ morte punitur.

Adolescentibus, quibus ad vitam civilem facultas deest, docendis formandisque, usque dum per ætatem & artem sibi sufficiant, domum, vulgo dictam *het Knechtjens-huys*, coëmit hoc anno 1528. *Joanna van Schoonbeken* vidua *Hugonis de Moreaux*. Ita Grammaye in sua *Antverp. lib. II. Cap.* 11. Propinquitas nominis occasio fuit, quod Chronica quædam fundationem hanc adscripserint *Joanni van Schoonbecke* circà annum 1558. Verum infrà plura de hac domo ad dictum annum 1558.

Fundatur domus *het Knechtjens-huys.*

Jam

Jam ab anno 1522. conceperat & decreverat Senatûs Antverpiensis ad requisitionem Civium procurare erectionem novæ parochialis Ecclesiæ in fundo Augustinianorum tunc expulsorum, eumque in finem supplicaverat Gubernatrici Belgii, quatenùs ipsa consensum Pontificis desuper requireret. ADRIANUS PP. VI. ad preces ejusdem anno 1523. consenserat, imo mandaverat totalem destructionem dicti monasterii & consenserat in erectionem novæ Parochiæ juxtà fundum illius. Interim hactenùs res hæc ad effectum ducta non fuerat, idque propter difficultates subortas inter creditores Augustinianorum. Anno 1528. Tardat erectio novæ Parochiæ.

Monasterium ipsum & fundi ad illud spectantes gravati erant redditibus tum hæreditariis tum vitalitiis. Creditores aliqui, cum canones redditiuum non solverentur, fundos in hypothecam assignatos aggressi sunt evincendos coram judicibus Antverpiensibus (*meter Vierschaerrecht*) Alii autem creditores hoc impedire volentes recurrunt ad Concilium Brabantiæ, à quo allegatis rationibus obtinuerunt Litteras, quibus suspendebatur actio aliorum instituta Antverpiæ. Inde inter creditores in Concilio Brabantiæ institutæ sunt lites, quæ causa fuerunt tam diuturnæ dilationis concepti operis. Propter difficultates subortas

Lites autem illæ terminatæ sunt in fine præcedentis anni 1527. per commissarios ad id deputatos per prædictum Concilium. Commissarii illi convocatis partibus eas ad concordiam inducere conati sunt, & pluribus communicationibus habitis eas ad concordiam induxerunt: conventumque est, quod nullus creditorum præferentiam haberet, sed monasterium per partes publicè venderetur ad satisfaciendum omnibus: sic tamen ut singuli de canonibus Difficultates terminantur.

non

Anno 1528.

non solutis aliquid remitterent in favorem erigendæ Parochiæ ; in quo omnes consenserunt sub ea conditione , quod , ut fundus per minores partes vendi posset , civitas emeret fundos à platea dicta *Nieuw-straet* , hodie *Bukeler-straet* , versùs interiora , ut aditus seu platea fieret ad fundos vendendos. Constant hæc ex Litteris MARGARETÆ infrà referendis.

Commissarii ad vendendum monasterium.

Sic itaque feliciter terminatis litibus *Franciscus van der Hulst* Consiliarius commissarius ordinarius in negotiis monasterium hoc concernentibus , mense decembri assumpserat quatuor Cives Antverpienses *Joannem Charlois* ; *Joannem Boen* , Mag. *Joannem van der Gheere* & *Joannem de la Fley* , qui suo nomine prædictum monasterium optimo & utiliori modo dividerent & per partes divenderent. Sed cum commissio hæc sufficiens non judicaretur ad inhæredandos emptores , procuratum est Diploma , per quod Imperator CAROLUS V. prædictos quatuor statuit commissarios ad monasterium vendendum & emptores suo nomine inhæredandos. Datum fuit hoc diploma 23. januarii 1528. stylo hodierno. Constant hæc ex pluribus scabinalibus Litteris , quibus emptores inhæredati sunt , asservatis in Archivis S. Andreæ.

Exceptâ inchoatâ Ecclesia & fundo pro cemeterio

In his autem Imperatoris litteris habebatur , quod dicti Commissarii vendere deberent totum monasterium cum omnibus ad illud spectantibus & quidem taliter , ut dum satisfactum esset creditoribus , reliqua cederent ad utilitatem Imperatoris , qui omnia illa sibi addixerat. Hinc quædam consternatio inter cives , qui speraverant fore , ut inchoata nova Augustinianorum Ecclesia , quæ ampla satis erat , reservata fuisset ad eam erigendam in Parochialem.

Quæ reservantur pro erigenda nova Parochia.

Itaque tantum actum est , ut tandem *Franciscus van der Hulst* dictis quatuor Commissariis indica-

indicaverit, ut ex dictis fundis invenditâ reservarent novam inchoatam Ecclesiam & fundum sufficientem pro convenienti cemeterio; utque emptoribus indicarent, hæc reservari pro erigenda nova Parochia, ad quam erigendam creditores etiam de canonibus remiserant. Constant hæc ex procemio ad primum computum Fabricæ Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ asservatum in Archivis Capituli. Anno 1528.

Venditi sunt itaque reliqui fundi ad monasterium spectantes; & partes fundi siti circà dictam inchoatam ecclesiam venditæ sunt sub ea conditione, quod, si quando Chorus aut ambitus chori adjicerentur, emptores tantum de emptis fundis cedere deberent, quantum ad id opus esset, qualiacumque ædificia illis essent superposita, aliqui gratis, aliqui solutâ pro singula virga summâ sex florenorum. Constat ex pluribus Litteris desuper confectis asservatis in Archivis S. Andreæ. Monasterium venditur.

Civitas autem, juxtà requisitionem creditorum in concordato inter illos inito, emit fundos à platea *Nieuw-straet*, hodie *Bukeler-straet*, versus interiora, unde facta est platea *de Pomp-straet*. Sic etiam emit fundos ad faciendam plateam dictam *sint-Andries-straet*, quæ initio dicta fuit *Nieuw-kerk-straet*: ita ut hæ novæ plateæ secaverint totum monasterium. Sic itaque totum Augustinianorum monasterium & Ecclesia ejusdem, id est Capella SS. Trinitatis, totaliter destructa sunt seu applicata ad profanos usus, ut nè vestigium illorum hodie supersit. Plateæ secantes fundum ejus.

Commoditas novarum platearum effecit, ut per minores partes fundus vendi posset; & spes obtinendi novam Parochiam & exemplum creditorum, qui in favorem ejusdem remiserant de canonibus, excitavit civium animos, ut Inchoata Augustinianorum Ecclesia perficitur.

Anno 1528. ut in favorem erigendæ Parochiæ etiam liberaliùs offerrent : unde & carò omnia vendita sunt, ut indicatur in Litteris MARGARETÆ infrà referendis : ita ut non tantùm potuerit satisfieri omnibus creditoribus, sed etiam satisfieri ipsis potuisset, si nihil de canonibus remisissent. Cum itaque remissio facta esset in favorem novæ erigendæ Parochiæ, dicti Commissarii remissos canones, qui summam notabilem constituebant, applicare cœperunt ad perficiendam inchoatam Augustinianorum Ecclesiam, eamque reducendam in statum, quo fieri posset Parochialis. Constat ex prædicto Fabricæ computu.

Margareta igit pro erigenda Parochia.

Rebus itaque sic dispositis MARGARETA seriò cœpit agere pro erigenda nova Parochia. Novam Instructionem desuper dedit ad *Franciscum van der Hulst* Consiliarium & principalem in hac re commissarium, ut desuper ageret cum Senatu & Capitulo; Senatum requireret ad rem hanc terminandam, cum jam diu in ea consensum præbuisset & hactenùs acta non tantum essent in favorem erigendæ Parochiæ, sed & in ornamentum Civitatis; & ut simul cum Senatu ageret apud Capitulum & Æditus S. Georgii pro assignandis limitibus, antequam Ecclesia erigeretur. Originalis hæc instructio subscripta per MARGARETAM, & data 6. januarii anno 1529. stylo hodierno, usque in hodiernum diem asservatur in Archivis S. Andreæ, ex qua eam subjungo.

Instructio ejus desuper ad Commissarium.

Ex Archivis Parochiæ S. Andreæ.

INSRUCTIE voor Meester Franchois van
1529. der Hulst *Raedt ordinarys des* Keysers *in zynen Rade van Brabant, van't ghene des hy van weghen mynre genedichster* Vrouwen die *EIRS-HERTOGHINNE van Oistenrycke Regente van desen Landen van herwaerts-over zeggen ende verclaren sal den* Buergmeesteren, Scepe-

Scepenen *ende* Raide *der Stadt van Antwerpen*, *aengaende den* Convente *van den* Augustynen *aldaer. ende lest gedemolgeert.* Anno 1529.

Eerst sal presenteren den voirs. Bourgmeesteren, Scepenen ende Raide de brieven, die mynre voors. genedige Vrouwe henlieden scryft, inhoudende credentie op hem.

Ende voir zyn credentie sal henlieden seggen; dat mynre voirs. G. V. *hen houdt wel indachtich, hoe over vyf oft zesse jaeren, dat men alsdoen in der waerheyt vernomen hadde, dat de* Religeusen *van den voirs. Convente besmet waren van der* Lutheraensche heresie, *'t voirs. Cloester ende Convent tot heuren versoeke ende begheerte heeft aengeslagen; gebroken ende gedemolgeirt; ende de Religieusen van dien zekeren tyt gevangen geweest.*

Item *oick, hoe die Wethouders ende Regeerders der selver Stad beduchtende, dat 't ghene des zy met goeder meyningen gedaen hadden; anderssins hen soude mogen afgenomen worden; ende dat men hadde mogen zeggen, dat mits dien zy gevallen waren in de* Ban *van den* Pauws, *oft anderssins weerdich gestraft te worden, hebben mynder* G. V. *versocht, dat zy, om alle perykel ende scrupuleusheyt van conscientien te scuwenen, aen onsen alderheylichsten Vaeder den* Pauws *ADRIAEN begheeren ende versoecken woude, dat in dien zy Wethouders, in't ghene des voirs. es, yet mesdaen hadden, dat hy hen dat woude vergheven. ende absolveren, zoo verre als't van noode ware: 't welck onsen voirs. heylige Vader de* Pauws *alsoe gedaen heeft: consenterende tot dien, dat men't voirs. Cloester geheel soude afbreken, ende dat men tot hueren begeerten een* Prochie Kerke *daer ontrent soude moghen maken ende erigeren.*

Anno 1529. Item *dat wel kennelick es den voirs. Wethouders ende Regeerders, hoe de plaetse, daer't voirs. Cloester gestaen heeft, ende die andere plaetse daer aen gelegen, grotelick belast waren met erffelycken ende lyf-tocht-renten, ende dat eenighe crediteuren, de selve Renten daer op hebbende, begonst hadden te procederen op huere panden metter vyrscharen-recht der voirs. Stadt van Antwerpen, d'welck eenighe andere crediteuren met brieven van den Rade in Brabant by diversche redenen deden schorsen. Soe dat ter causen van dien processen geresen zyn in den voirs. Rade. Ende dat, nae dien de partien hadden gehoirt geweest, geordonneert ware., dat de selve partien, om proces te schuwen, zoo verre als't doenlyck was, souden compareren voor sekere Commissaryssen van den selven Rade, om te verlycken.*

Item *dat de voirs. Commissarys met vele communicatien de voirs. partien verleken heeft, zoe ende in sulcker manieren, als dat gesloten ende gedelibereert is geweest, dat men alle de voirs. panden den hoochsten dair voere biedende vercoopen soude. Ende soe verre, datter genoech af gemaect soude worden, om eenen yegelycken van den partyen te vernuegen, ende mits dien soude 't voors. proces smelten ende te nyente syn.*

Item *'t selve alsoe geschiet synde, syn de voirs. erven wel ende diere vercocht geweest, op hope dat daer een Prochie-kercke wesen soude, ende oick, dat alle de voirs. crediteuren met hueren achterstelligen renten vernuegt souden worden, mits doende eenighe cleyne quytscheldinge van hueren achterstel tot behoef van der voirs. toecomende Kercken. Ende behoudelick dat de voirs. Stadt van Antwerpen coopen ende crygen soude zekere eynden van* Nyeuwen-straten *ende anderen*

erven

erven ; daer men duer de erven onvercocht zynde gaen zoude ; ende die Penningen , die men daer toe behoeven zoude , vuytreycken ende betalen oft zekere renten daeromme vercoepen. Anno 1529.

Item *alsoe dat dit niet alleene en zoude wesen ten voirdele van der voirs. toecomende Prochie-Kercken , maer oick ten proffijte ende verchieringen der voirs. stadt ; soe sal die voirs. Meester* Franchois *den voirs. Regeerders versoecken van wegen mynre voirs.* G. V. *dat sy daer toe verstaen willen , ende een eynde daerom stellen , aengesien dat sy daerinne geconsenteert hebben.*

Item *want eer de voirs. Kercke gemaect ende geerigeert werde , wel van noede es te maken* de Limiten van der Prochien , *soe sal de voirs. Meester* Franchois van der Hulst *daer van communiceren met die van den* Capittel *van onser liever Vrouwen Kercke t' Antwerpen ende die Kerck-meesters van sint Joerys Kercke aldaer. Ende om't selve te bat moghen geschieden , soe ordineert mynre voirs.* G. V. *den Regeerders van der voirs. stadt van Antwerpen , dat sy den selven Meester* Frans *alle hulpe ende bystant doen zouden aen die van den Capittele* (ende die) *van sint Joerys , om hen t'onderwysene de voirs. limiten te begrypen ende t'ordineren , ten eynde dat van gheenen noede en zy daer op anderssins te versiene.*

*Aldus gedaen ende geordineert by onser ge*nadichster Vrouwen *den* VI. *dach van Januario anno MD. acht-en-twintich* (stylo hodierno 1529.) *MARGEURIT.*

Verdelve.

Itaque *Franciscus van der Hulst* juxtà commissionem suam & hanc instructionem cœpit agere cum Senatu & Capitulo ; & interim Perficitur nova Augustinianorum Ecclesia.

 qua-

Anno 1529.

quatuor prædicti Commissarii ex remissis candi-nibus procedebant in instauranda inchoata Augustinianorum Ecclesia, & brevi eam eo usque produxerunt, ut jam parata esset ad consecrationem. Unde tria Membra Civitatis seu latum Concilium & Capitulum consenserunt, ut limites Parochiæ designarentur, dicta Ecclesia consecraretur & vocaretur ECCLESIA S. ANDREÆ. Constat ex prooemio dicti Computûs.

Consensus in erectionem Parochiæ.

Designantur Limites.

Processum est itaque ad designationem limitum. Et licèt relata instructio haberet, quod etiam agi deberet cum Æditius S. Georgii, quasi quid demembrari deberet ab illa Parochia: nihil tamen ex illa demembratum est, & tota extensio novæ Parochiæ est desumpta ex Parochia matricis Ecclesiæ. Designatio autem limitum refertur in Litteris Capituli & Senatûs infrà referendis hoc modo.

„Incipiendo à Porta vulgariter appellata *sint-„Jans-porte* habebit omnes & singulas domus „usque ad Portam *Cronenborch*" (non hodiernam sed veterem, quæ fuit è regione plateæ *de Kaeystraet*) „quas nostra Ecclesiæ beatæ Ma-„riæ Parochia habet: hoc tamen salvo, quod „Monasterium sancti Michaëlis, cum infrà „muros & cepta ejus habitantibus, erunt & „manebunt sub prætacta beatæ Mariæ Parochia. „Item platea dicta *de Steenhouwers Veste*, inci-„piens *in de Camerstraet*, pro ejus una parte „sive medietate ad beatæ Mariæ & alterâ par-„te ad novam Ecclesiam erigendam spectabit; „ita scilicèt quod domus angularis super *Camer-„porte-brugghe* sita, & sic eodem latere pro-„grediendo usque ad portam sancti Johannis „ad beatæ Mariæ Ecclesiam; aliud verò latus „dictæ plateæ ad novam Ecclesiam erigendam „spectabunt: hâc tamen declaratione salvâ,

Excipitur Abbatia S. Michaëlis

„quod

„ quod alia domus angularis *van den Steenhouwers Veste*, habens exitum ad *Camer-strate*, manebit sub Parochia beatæ Mariæ: prima autem domus post illam procedendo cum toto latere illo, similiter *de Boexstege*, *de Ridder-strate*, *de yseren Waghe*, *de Vlier-stege*, *de heel sint Anth. straete*, *sint Jans-strate*, omnes domus jam in dictis locis ædificatæ vel ædificandæ, quæ nunc ad Parochiam beatæ Mariæ spectant aut in futurum spectarent, ad novam Ecclesiam hujusmodi applicabuntur. Sanè tamen intelligendo, quod ambæ domus angulares plateæ in opposito monasterii sanctæ Mariæ Magdalenæ, quà itur ad locum *de ijsere Waghe*, habentes exitum *in de Camer-straet*, similiter & domus angulares plateæ sancti Anthonii suum exitum in eadem platea *de Camer-strate* habentes, ad parochiam dictæ Ecclesiæ beatæ Mariæ spectabunt & manebuntt" Anno 1529.

Deinde consensus in erectionem Parochiæ & consecrationem Ecclesiæ datus est in scriptis per Capitulum ac Senatum; præscriptæ conditiones, sub quibus Parochialis foret; item onera & proventus Curati & Custodis, idque per Litteras datas 29. may 1529. quas ex originali subjungo.

Conditiones sub quibus erigenda Parochia.

„ UNIVERSIS & singulis præsentibus & futuris, quosque infrascriptum tangit seu tangere poterit negotium quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur aut quacumque præfulgeant dignitate, communiter & divisim, VICE-DECANUS & CAPITULUM Ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ virginis Opidi Antwerpiensis Cameracensis dyocesis, nec non ejusdem Opidi BURGIMAGISTRI & LEGISLATORES salutem in Domino ac præsentibus fidem indubiam adhibere.

Litteræ Capituli & Senatûs desuper.

Ex Archivis Capituli.

Anno 1529.

„ Cum felicis recordationis Dnus ADRIANUS
„ Papa ſextus certis ſuis Litteris in forma Bre-
„ vis expeditis & annulo piſcatoris munitis, ad
„ illuſtriſſimam Dnam MARGARETAM Auſtriæ
„ Archiduciſſam datis, eidem, ut tam Ec-
„ cleſiam quam alia Conventûs monaſterii Fra-
„ trum Heremitarum ſancti Auguſtini in præ-
„ tacto Opido Antwerpienſi dudum erecta &
„ fundata ædificia, quæ ipſi Fratres & Reli-
„ gioſi inhabitare conſueverant, ob hæreſis
„ Lutheranæ errorem, quo iidem Fratres in-
„ fecti & irretiti erant, aliiſque cauſis in iiſdem
„ Litteris expreſſis, funditùs dirui & demoliri
„ faceret, expreſſè mandaſſet; atque pro com-
„ moditate civium & incolarum ejuſdem Opidi,
„ in loco aliquo dicto Conventui vicino, qui
„ tamen ipſius Conventûs non fuerit, una
„ Parochialis Eccleſia, quæ locum, in quo
„ fidelium corpora in eodem Conventu inhu-
„ mari & eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi ſolebant,
„ pro cymiterio habeat, abſque tamen matricis
„ Eccleſiæ præjudicio, de novo ædificari &
„ extrui poſſet, expreſſè conſenſiſſet.

„ Ac prætereà Eccleſia & Conventus monaſte-
„ rii hujuſmodi funditùs & totaliter diruta ſint,
„ atque prætacta noſtra Eccleſia beatæ Mariæ
„ virginis, quæ Collegiata & Parochialis eſt,
„ adeò amplam & populoſam habere Parochiam
„ dinoſcatur, ita quod ſolempnibus feſtivitati-
„ bus dicti Parochiæ ſubditi & populus vix abſ-
„ que magna preſſura ſeſe recipere poſſint, ac
„ proptereà ob ipſorum multitudinem & ſuſur-
„ rationem ſive ſtrepitum ad Deum ſuas ora-
„ tiones fundendum tardi & remiſſi fiant; ſint-
„ que etiam in nonnullis dictæ noſtræ Eccleſiæ
„ confinibus quamplures ſenes, pauperes & de-
„ biles perſonæ, quæ propter loci diſtan-
„ tiam ad ipſam Eccleſiam accedere non

„ valen-

„ valentes à divinis officiis interdum retrahan- Anno
„ tur. 1529.

„ Verùm si in aliquo loco congruenti & apto „ Conventui hujusmodi contiguo & vicino , „ infrà limites prætactæ beatæ Mariæ Parochiæ „ sito , secundùm præfati quondam sanctissimi „ Dni nostri Litterarum seriem , quædam Pa- „ rochialis Ecclesia cum fonte baptismali , cy- „ miterio & aliis parochialibus insigniis & officinis „ necessariis de novo erigeretur, magnum dicto „ populo commodum accresceret.

„ Et quia Nos VICE-DECANUS & CAPITULUM „ præfati , tamquam dictæ Ecclesiæ beatæ Ma- „ riæ Curati & parochiæ Superiores , si hu- „ jusmodi Ecclesia modo præexpresso erigere- „ tur , id tempore futuro in nostrum & „ nostrorum successorum redundare posset non „ modicum incommodum & jacturam , præ- „ judiciumque grande indè pateremur : hinc „ est , quod inter nos de & super præmissis „ diversis communicationibus habitis , & ut „ jus unius-cujusque nostrûm , quantum possi- „ bile est , illæsum conservetur ; ac desuper , „ ut quod in dicto loco quædam Ecclesia con- „ structa vel ædificanda de nostris consensu & „ permissione in parochialem Ecclesiam erigi , „ ac ibidem Fons baptismalis institui & cymite- „ rium consecrari , oleum sacrum conservari , „ ac alia ecclesiastica Sacramenta pro in ipsis „ consignandis limitibus habitantibus , per certum „ ydoneum Vicarium , ad hoc per nos depu- „ tandum & quotiens nobis placuerit amovibi- „ lem , ministrari , ac alia exercitia parochia- „ lia exerceri & fieri possent , consentire vel- „ lemus , debita cum instantia requisiti , pro „ dote Vicarii in eadem Ecclesia , pro tempo- „ re per nos Vice-decanum & Capitulum in- „ stituendi & ad nostrum nutum destituendi ,

Anno 1529. „ in futurum perpetuis temporibus assignabun-
„ tur ,

„ Primò : Redditus annuus & perpetuus sex
Dos Pastoris. „ librarum grossorum monetæ Brabantiæ singu-
„ lis annis per eundem Vicarium percipiendus ,
„ ac de & à Rectoribus fabricæ ejusdem de
„ novo erigendæ Ecclesiæ ex ipsius fabricæ bonis
„ solvendus.

„ Et ulteriùs idem Vicarius pro ipsius inha-
„ bitatione domum unam cum suis pertinentiis
„ designatam , exitum & introitum in vico
„ dicto de *Boexstege* ac cymiterio dictæ no-
„ væ erigendæ Ecclesiæ habentem , habe-
„ bit.

„ Quam quidem domum Rectores fabricæ
„ dictæ Ecclesiæ pro tempore existentes repara-
„ bunt , convenientemque & aptam pro ipsius
„ Curati sive Vicarii inhabitatione facient. Ipse
„ vero Vicarius pro tempore existens illam tam-
„ quam usufructuarius & dictæ fabricæ Rectores
„ tamquam proprietarii intertenebunt.

„ Sub onere tamen , per eumdem Vicarium
Onera ejus. „ subeundo , quod scilicèt ipse Vicarius sive
„ Curatus tenebitur & astrictus erit celebrare
„ Missam singulis Dominicis & Festivis diebus
„ horis convenientibus , per Nos Vice-decanum
„ & Capitulum præfatos pro commoditate po-
„ puli ordinandis ; Verbum Dei diebus Domi-
„ nicis & quatuor principalioribus Festis prædi-
„ care ; Festa & mandata Ecclesiæ populo ex-
„ ponere ; Sacramenta ministrare ; & alia onera
„ Curæ subire etiam tenebitur.

Dos & onera Custodis. „ Prætereà ejusdem ecclesiæ Custos sive ma-
„ tricularius , per ipsos Dnos Vice-decanum &
„ Capitulum similiter instituendus & ad eorum
„ libitum destituendus , ultrà alia consueta emo-
„ lumenta , sibi adinstar aliorum prætactarum
„ Ecclesiarum Custodum debita , habebit &
„ per-

„ percipiet singulis annis de & ex fructibus fa- Anno
„ bricæ dictæ Ecclesiæ & à Rectoribus illius 1529.
„ tres Libras grossorum similis monetæ Braban-
„ tiæ. Qui quidem annui Redditus, ut præfertur,
„ super fructibus & bonis ipsius fabricæ respec-
„ tivè erunt assignati & constituti. Tenebiturque
„ ipse Custos omnia & singula onera, quæ
„ ad officium custodum pertinent & spectant,
„ subire.

„ Nos igitur Vice-decanus & Capitulum hu-
„ jusmodi supplicationibus inclinati, divini cul-
„ tûs augmentum, ac præfatæ Illustrissimæ
„ MARGARETÆ desideriis, præfatorumque
„ Drum BURGIMAGISTRORUM, LEGISLATORUM,
„ *Incolarum* & *Civium* dicti Opidi requisitioni
„ & voto satisfacere cupientes; libenter etiam
„ hiis, quibus divini Cultûs augmentum, Chri-
„ sti fidelium devotio & salus procurantur ani-
„ marum, intendentes; & ut ipsorum suppli-
„ cantium laudabile propositum ad debitum
„ & optatum posset consequi & deduci ef-
„ fectum; quia prætactam habitationis do-
„ mum nec non sex libras grossorum monetæ
„ Brabantiæ annui & perpetui redditus ad opus
„ dotationis Vicarii hujusmodi erigendæ parochia-
„ lis Ecclesiæ; nec non tres similes libras ad
„ opus ejusdem Ecclesiæ matricularii sive Custo-
„ dis etiam redditûs perpetui, ut præfertur, su-
„ per bonis fabricæ ipsius Ecclesiæ assignatas &
„ constitutas, unà cum nonnullis aliis infrà de-
„ signatis juribus & accidentiis pro dote Vicarii
„ & sallario Custodis dictæ erigendæ Ecclesiæ
„ respectivè sufficientes comperimus: idcircò,
„ quantùm in Nobis est & de jure possumus,
„ hujusmodi domum & sex librarum Vicario &
„ trium librarum Custodi redditus in dotem &
„ dotationem ipsarum Vicariæ & Matriculariæ
„ applicavimus & per præsentes applicamus

„ Sta-

Anno 1529.

„ Statuentes & mandantes, quod hujusmodi
„ Vicarius & sui successores Vicarii ejusdem Vi-
„ cariæ per Nos pro tempore instituendi, &
„ quos ad nostrum beneplacitum amovere &
„ alios instituere, totiens quotiens Nobis pla-
„ cuerit, poterimus, ac Nobis & nostris suc-
„ cessoribus licebit, singulis Dominicis & festivis
„ diebus perpetuis futuris temporibus in dicta
„ erigenda parochiali Ecclesia celebrare ac in
„ hujusmodi Missis aliisque officiis & servitiis ac
„ orationibus pro singulorum benefactorum ani-
„ marum salute preces & orationes apud Al-
„ tissimum fundere; nec non eisdem Domini-
„ cis diebus & quatuor principalioribus anni
„ festis prædicare; Festa & mandata Ecclesiæ
„ populo exponere, Sacramentalia ministrare &
„ alia onera curæ requisita subire sint astricti
„ & teneantur.

„ Ac Custos sive Matricularius pro tempore,
„ & in ejus officio Custodiæ per Nos pro tem-
„ pore instituendi & ad nostrum & successorum
„ nostrorum libitum, quotiens nobis placuerit
„ destituendi, quod facere Nobis licebit, onera
„ quæcumque ad officium Custodiæ spectantia
„ subire tenebuntur & similiter astricti erunt.

„ Consentientes nichilominùs, quantum in
„ Nobis est & de jure possumus, quod hu-
„ jusmodi Ecclesia, quæ infrà limites Ecclesiæ
„ nostræ beatæ Mariæ, quæ etiam Parochialis
„ & matrix Ecclesia est, consistit, sub invo-
„ catione sancti ANDREÆ in Parochialem Ec-
„ clesiam, aliàs tamen canonicè per habentem
„ ad hoc potestatem, cum insigniis parochiali-
„ bus, puta fonte baptismali, extremâ unc-
„ tione & cæteris sacramentalibus, juxtà con-
„ finia per Nos *Vice-decanum* & *Capitulum* ac
„ *Burgimagistros* & *Legislatores* seu nostros ad
„ hoc deputatos consignata & concordata,

„ vide-

„ videlicet incipiendo... (*sequitur hic designa-* Anno
„ *tio limitum suprà pag.* 36. *relata*) erigatur. 1529.

„ Quæ Ecclesia, postquam erecta fuerit, erit „ unum appendicium ipsius matricis Ecclesiæ „ eique deservietur per personam ydoneam, „ Vicarium sive subplebanum nuncupatum; cui „ per Nos Vice-decanum & Capitulum exerci- „ tium Curæ animarum committetur, &, ut „ præmittitur, removibilis per Nos, quotiens „ opus fuerit & nobis ac nostris successoribus „ placuerit, existet.

„ Candelis sive cereis pro infantibus ipsius „ parochiæ baptizandis, mulieribus purifican- „ dis, sponsis nubendis cum denariis intruden- „ dis, nec non cæteris quibuscumque spindis „ & oblationibus, tam ratione quorumcumque „ funeralium & exæquiarum, nec non septe- „ nariorum, tricenariorum & anniversariorum „ in cymitterio, etiam in Choro aut in navi „ ipsius Ecclesiæ sepeliendorum funerum, ac „ in Festivitatibus solemnibus principalibus, aut „ aliàs quomodolibet pro tempore obvenientibus, „ & quas in prætacta nostra beatæ Mariæ Ec- „ clesia percipere & habere consuevimus, no- „ bis integrè reservatis. Reservata Capitulo.

„ Insuper inter Rectores Opidi & Nos est „ conventum, quod magistri sive Rectores „ fabricæ dictæ novæ erigendæ Ecclesiæ, pro „ tempore existentes, singulis annis certo die ad „ hoc deputando coram dictis Rectoribus & No- „ bis, aut eorumdem deputatis, de omnibus „ & singulis eorum receptis & expositis, ac „ aliàs quovis modo administratis, computum „ & calculum in domo Curati dictæ parochiæ „ aut in domo uniùs dictorum magistrorum fa- „ bricæ reddant & faciant.

„ Consentimus etiam, quod Vicarius præ- „ dictus pro tempore existens, ultrà præfatos

„ reddi-

Anno 1529.

„ redditus & domum sibi assignatos, emolu-
„ menta, pro administratione sacramentalium
„ eveniri & percipi solita, adinstar Suppletano-
„ rum ipsius nostræ Ecclesiæ habeat & perci-
„ piat. Reliqua vero jura sive in tortitiis, aliis
„ cereis, pellibus, legatis, aut sine conditio-
„ ne aliqua & non ad usum aliquem singularem
„ specificatum donatis aut aliis juribus consistant,
„ mediatim beatæ Mariæ prætactæ & mediatim
„ dictæ novæ erigendæ ecclesiæ fabricis huius-
„ modi cedant & adveniant.

„ Volentes quod nullæ redemptiones exœquia-
„ rum fieri possint aut debeant sine nostro ex-
„ presso consensu.

„ Et si aliquod dubium quoad interpretatio-
„ nem vocabulorum & dictionum præscriptarum
„ occurrat, illius interpretationem in futurum
„ Nobis Vice-decano & Capitulo reserva-
„ mus.

„ In quorum omnium & singulorum &c."

Acceptantur per Capitulum.

Dicto die 29. may conditiones hæ acceptatæ sunt & decretæ in Capitulo, & desuper factus est Actus notarialis, qui prædictis Litteris subjungitur; unde hic eum subjungo.

„ ANNO à Nativitate Dni Millesimo quin-
„ gentesimo vicesimo nono mensis may die vi-
„ cesimâ nonâ venerabiles & circumspecti viri
„ Dni VICE-DECANUS sive Præsidens & CAPITU-
„ LUM Ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ Virgi-
„ nis Opidi Antwerpiensis Cameracensis diocesis,
„ mane horâ tertiarum vel circiter in eorum
„ loco capitulari consueto, Capituloque ad
„ hoc, ut asseruerunt, indicto, capitulari-
„ ter congregati, in mei Notarii publici eorum-
„ que Scribæ jurati ac testium subscriptorum
„ præsentia, ad hæc vocatorum specialiter atque
„ rogatorum præsentiâ, vivæ vobis oraculo Ve-
„ nerabilis viri Dni & Magistri *Joannis de Loemel*
„ ejusdem

Anno 1529.

„ ejusdem Ecclesiæ Canonici, ipsorum confratris „ præsidentis pro tempore assidentis, palam & „ expressè declaraverunt, quod ipsi salvis om- „ nibus & singulis Articulis, in præinsertis octo „ papiri foliis præsenti incluso contentis, & aliàs „ minimè, ac etiam quod ad statum, dum „ & postquam Ecclesia inibi mentionata fuerit „ dedicata & consecrata, Magistri sive Recto- „ res fabricæ illius pro tempore existentes pro „ se & suis successoribus ejusdem ecclesiæ Rec- „ toribus, coram scabinis dicti Opidi, aut „ alias ubi opus fuerit, promittent perpetuis „ futuris temporibus, contenta in hujusmodi „ articulis, quantum eos concernit aut concer- „ nere poterit, observare & adimplere; hu- „ jusmodi Ecclesia sub titulo sive invocatione „ beati Andreæ Apostoli, per quemcumque „ ad hoc apostolicâ vel ordinariâ auctoritate po- „ testatem habentem erigi, dedicari, conse- „ crari possit & valeat; ac super hujusmodi „ conditionibus, pactis & conventionibus Lit- „ teræ oportunæ ad perpetuam rei memoriam „ conficiantur, consenserunt, ac suos expressos „ consensum pariter & assensum dederunt. Su- „ per quibus &c. Præsentibus in dicto loco „ Capitulari providis viris Petro van Haeswinc- „ kel Clerico Leodiensis diocesis & Adriano „ van Eynde dictorum Drum Virgifero testibus „ ad hæc vocatis atque rogatis. J. de Grantren „ antedictorum dominorum Vice-decani sive præ- „ sidentis & Capituli Notarius."

Eodem die confectæ sunt dictæ Litteræ, quibus appensa sunt sigilla Civitatis & Capituli, illæque traditæ sunt directoribus erigendæ Parochiæ, ut indicatur in procemio primi computus.

Ecclesia S. Andreæ consecratur.

Itaque, cum difficultates omnes sublatæ essent & consensus undique datus & scriptis mandatus, citò

Anno 1529. citò ultrà processum est, & Ecclesia per expulsos Augustinianos incepta & per cæsareos Commissarios utcumque perfecta & saltem eousque producta, ut ad consecrationem parata esset, consecrata fuit 6. junii in magno populi concursu; qui & liberaliter oblationes tulit. Ut constat ex dicto computu.

Pastores ejusdem. Primus autem Curatus institutus est *Joannes Cuysten*; quem in eodem munere subsecuti sunt.

1531. *Henricus* vel *Theodorus van den Heuvel.*

1535. *Joannes Pacis.*

1538. *Balthasar Schaep* resignavit.

1541. *Petrus van de Wyngaert.*

1551. *Joachim van Oproye* S. T. D. dein Canonicus ultrajectinus & ibidem suffraganeus cum titulo Episcopi Ebronensis, de quo latius infra ad an. 1576.

1558. *Marcelis van Breugel.*

1571. *Laurentius Heymans.*

1585. *Christophorus de Lacu.*

1588. *Willelmus van den Vloere* resignavit eodem anno.

1588. *Petrus Morgatius.*

1591. *Joannes Borius* Amstelodamensis civis & Pastor.

1604. *Stephanus Ingels* resignavit.

1607. *Guilielmus Breugel* factus Plebanus.

1608. *Ægidius Zengelbeek* resignavit.

1633. *Melchior van den Bossche* factus Plebanus.

1647. *Jacobus Scoor* decessit ad S. Walburgis.

1650. *Gisbertus de Moor* etiam ad S. Walburgis.

1670. *Gaspar van Tichelt* S. T. L. Primus Lov.

1705. *Guilielmus de Vriese.*

1708. *Hubertus Sporckmans* resignavit. Anno 1529.

1749. R. D. *Petrus Gummarus van Hommelen*, qui suprà relata & infra referenda ex Archivis Parochiæ suæ communicavit, factus Plebanus.

1762. R. D. *Guilielmus-Ludovicus-Joannes van Donghen* J. U. & S. T. L.

Infertur Ven. Sacramentum &c.

Cum autem Ecclesia jam consecrata esset & Curatus institutus, pro omni complemento quartodecimo post consecrationem die, id est 20. junii, in eam ex matrice Ecclesia illatum est Ven. SACRAMENTUM & sacrum Oleum, ut constat ex prædicto Computu. Id certè factum est cum eadem solemnitate, cum qua anno 1522. reducta fuerant ex destruenda Augustinianorum Ecclesia, id est comitantibus Magistratu & Commissariis.

Commissarii continuantur in administratione.

His sic peractis & feliciter ad finem deductis, *Joannes Bone*, Mag. *Joannes van der Gheeren*, *Joannes de la Flye* & *Joannes Charloes* commissarii Cæsaris in hac parte ultrà se negotiis hujus Ecclesiæ immiscere noluerunt, reputantes commissionem suam terminatam esse. Ideoque libellum supplicem obtulerunt Senatui, rogantes quatenùs dignaretur unum de suo corpore tamquam principalem & viros alios, novam Parochiam inhabitantes, constituere Magistros fabricæ dictæ Ecclesiæ. Senatus autem, considerans Commissarios rem laudabiliter hactenùs gessisse, decrevit commissionem eorum continuandam per annum, post quem prout consilii novos Æedituos constitueret. Factum est hoc 5. julii, ut constat ex dicto primo Computu.

Primus computus Fabricæ.

Perseverârunt itaque dicti Commissarii curam gerere novæ Ecclesiæ tamquam magistri fabricæ, non tantùm per annum, sed & usque ad vigiliam Paschæ anni 1532., id est usque ad finem anni 1531. stylo Cameracensi: sic tamen

ut

Anno 1529. ut intereà mortuo *Joanne de la Flaye* surrogatus sit *Henricus Couwe.* De toto autem illo tempore, incipiendo à die consecrationis Ecclesiæ, reddiderunt computum, qui quoad recepta asservatur in Archivis Capituli. Non abs re erit Proœmium illius hìc subjungere cum articulo primo ejusdem, quia ex illis plura historica suprà relata deducta sunt.

Proœmium primi Computûs Fabricæ S. Andreæ

JAN BONE, Meester Jan van der Gheeren, Jan de la Flye; ende Jan Charloes als gecommitteerde zynde van den Hove vuyt crachte van sekere Commissien, van date van den jare duyst Vc ende seven-ende-twintich den XXIII. *dach junuary, omme met Heere ende Meester* Frans van der Hulst *Raede ordinaris in Brabant, in dieser saken geordineerde als* Opper-commissaris, *te vercoopen alle den goeden beyde beruerlyck ende onberuerlyck achtergelaten van den* Augustynen *wylen vuyt Stadt van Antwerpen verdreven; ende omme die erven van een te splyten, te vercopen, den copers daer inne t'ervene, ende die penningen daer af comende t'ontfangen totten behoeve ende profijte der* Keyserlycker Majesteyt *ende den creditoren daer aen t'achter zynde.*

Soe es hen by verbale overgegeven van den voers. Meester Franchoise, *dat sy onder den anderen erven vuythouden ende onvercocht laten souden* de begonste Kercke *metter plaetssen ende erven van eenen redelycken* Kerck-hove *daer aene; den copere te kennen gevende, dat men daer van een* nyeuwe Prochie-kerck *maken soude; waer thoe dat vele van den voers. crediroren queytgeschouden hebben van haeren achterstellinge, alsoe wel tot voirtganghe van der voorschreven Kercke, als oyck op hope, dat die ander huysen ende erven te beter gelden soude, om alsoe te beter te comen t'huerder betalinge.*

Ende

Ende die voorſ. gecommitteerden hebben van den voorſ. queytſcheldinghe gemaect een bogenwerck van eender Kercken, al bereedt ende bequaem zynde tot Wyens thoe. Anno 1529.

Ende dit al gedaen ſijnde, ſoe heeft den voorſ. meeſter Franchois, *als brieven hebbende van onſen heylighen Vader* den Paus Adrianus *met oyck briefven van credentie van onſer genedigher Vrouwe* Margriete *Arts-hertoghinne van Ooſtenryck &c. addreſſerende aen voorſ. Stadt van Antwerpen ende den Capittele van onſer Vrouwen Kercke aldaer; alſoe dat metten breen Rade ende den ſelven Capittele geconſentheert is, dat men die Lymyten ende palen daer van maken ſoude; ende dye Wyen, ende nomen* St. Andries Kercke. *Ende dat al nae vuytwyſene ende ordinantie der briefven daer van zynde beſegelt beyde van der voorſ. Stadt ende Capittele van date den* XXIX. *dach Maye anno XV^c ende XXIX.*

Ende dit alle aldus gedaen zynde, ſoe en hebben hen dus de voorſ. viere gecommitteerde nyet voerder willen onderwenden: mar hebben by requeſten ende ſupplicatien te kennen gegeven mynre Heeren Borgemeeſteren, Schepenen ende Rade der voorſ. Stadt, dat hun believen wonde eenen van de Heeren ende andren van den goeden Mannen binnen der voorſ. Prochie woonende, by namen ende toenamen den gheſcrifte overgevende, opper-Kerk-meeſter *ende* Kerk-meeſters *te maken. Waer op geordineert was, dat die voorſ. vier gecommitteerde ſoude blyven gecontinueert in heure commiſſie ende Kerckmeeſterſchap een jaer; ende daer en t'eynde ſoude de voorſ. Heeren maken Kerckmeeſters, gelyck hueren raedt gedragen ſoude. Ende dit was gedaen quinta Julii anno XXIX.*

Anno 1529. *Achtervolgende der voorʃ. ordonantie ſoe hebben de voorʃ. gecommitteerde, te weten* Jan Bone, *meeſter* Jan van der Gheren, Jan Charlois, *ende int ſtede van* Jan de la Flye *ſaliger gedachteniſſe geſurrogeert* Heyndrycke van Couwe, *der voorʃ. Kercke gedient tot huden; mets redenen ſy nyet eer en hebben geconnen ontſlagen gewoordden. Ende doen van hunder adminiſtratie van ontfangh ende uytgeeff Rekeninge, reliqua ende bewys in der manieren hier naer volgende.*

Articulus primus. In den yerſten *ſoe es daer ontfangen gheweeſt op ten dach, dat men die Kercke Wyde, te weten den* VI. *junii anno XXIX., ſoe in't becken ende in't ommegaen metten berdekens, t'ſamen, waer inne dat oyck gerekendt ſijn die* XIV. *daghen tot dat het* heylighe Sacrament *ende het* Oyleſſe *daer gebracht werde, te weten tot den* XX*ſten junii thoe daer met incluys, is daer inne comen die ſomme van* XII. *lib.* XII. *ſch.* III. *den. br.*

Qualiter Ecclesia illa perfecta. Cæterum ex hoc primo fabricæ illius computu liquet, qualiter perfectio ejus progreſſum habuerit. In primis Civitas ab initio promiſit & in effectu per ſex annos annuè contribuit XXXIII. lib. V. ſol. VIII. d. br., quæ ſumma notabilis erat pro qualitate ævi. Inſuper plures factæ ſunt collectæ per civitatem ſummas non contemnendas referentes. Facta eſt etiam ſpecialis collecta pro materia ad fundendas campanas, ex qua plura relata ſunt vaſa argentea. Dein plurima referuntur legata teſtamentaria & pia dona, alia ad perficiendam fabricam, alia ad procuranda ornamenta, alia ad indeterminatum uſum. Hinc patet pietas propatrum noſtrorum in erigendis magnificis templis, idque eo tempore, quo Religio per hæreticos contemptibilis reddebatur.

Hæc

Hæc autem pietas in civibus Antverpienſibus hæreditaria eſt: nam, dum hæc primò ſcribebam, anno 1754., cùm turris ejuſdem Eccleſiæ & pars fabricæ minabantur ruinam & fundamenta turris renovabantur, factâ ſolemni collectâ per quatuor è Senatu & quatuor è Capitulo, patuit, hodie pietatem civium in inſtaurandis Eccleſiis cedere non debere pietati propatrum in eis erigendis. Anno 1529. Reſtauratio ejus.

Hoc autem magis patuit, dum dicta turris fundamentorum vitio anno ſequenti 30. may veſperi ad mediam undecimæ corruit. Anno enim ſequenti cœpta eſt reædificari; & anno 1763. 14. ſeptembris ei coronis impoſita eſt. Verùm pietas civium non tantum illic turrim reſtituit, ſed & novum chorum adjecit, qui completus ſtetit anno 1768. Inſuper cemeteria utrimque cincta ſunt ferreis cancellis, & pergunt cives, eam interiùs exornare. Ita ut eccleſia iſta jam ſit inter ſplendidiſſima civitatis ædificia. Erectio novæ turris & chori.

Demùm ſicut, ut ſuprà vidimus ad annum 1521., in tribus ſubalternis Parochiis erectæ ſunt ſcholæ, in quibus docerentur humaniora, ſic & juxtà novam hanc parochialem Eccleſiam ſchola ſimilis erecta eſt, quæ, poſtquam ducentis circiter annis perſeverâſſet, ceſſavit. Schola Parochialis ibidem.

Meretrices & Lenones, qui olim liberam ſedem habuerant in *Guldenberg* ac deinceps in *Cauwenberg*, & nunc iterum diffuſi erant in plateis circà recenter erectam S. Andreæ Parochiam, hoc anno ad Feſtum S. Joannis per decretum Senatûs adiguntur ad *Preke-ſtraet* & *Lepel-ſtraet*. Ita Papebrochius *Annal. MSS.* Meretrices ad *Lepel-ſtraet*.

Hoc anno Antverpiæ graſſabatur morbus dictus ſudorificus. De morbo illo agit Eraſmus Morbus ſudorificus Antverpiæ.

 Lib.

Anno 1529. *Lib.* XXVI. *Ep.* 56. ubi dicit : *Nova lues, jam olim uni Britanniæ peculiaris, subitò se sparsit per universas nationes; atque initio, quoniam malum erat subitum & horrendum, videlicet intra horas 24. sæpe pauciores exanimans quàm invaserat, animos omnium terrore perculit, adeo ut multis metus & imaginatio morbum conciliarit: corripuit plurimos, pauciores tamen extinxit, quàm solet jam nimium orbi nota epidemia.* Ita Erasmus Ep. datâ Friburgi anno 1531. Haræus *Annal Duc. Brab. ad hunc annum* dicit, novum hoc morbi genus, quod *Sudorem anglicum* dixêre, Germaniam & Belgium graviter afflixisse & mense septembri Antverpiæ tridui spatio quadringentos aut quingentos homines inde periisse. *Antwerpsch Chron. pag.* 31. has addit circumstantias: morbum istum cœpisse Homburgi & inde transiisse ad alias civitates per terram juliacensem & Clevienſem Coloniam, dein Sylvam-ducis, tandem mense septembris Antverpiam & ultrà. Morbum istum ordinariè tantùm durasse viginti quatuor horis, ita ut qui illas supervixisset omne periculum evasisset. De hoc morbo scripsit ad Gandenses Medicos JACOBUS CASTRIUS Hazebroekanus Flander, Antverpiensis medicus *epistolam de Sudore epidemiali, quem Anglicum vocant*, quam Antverpiæ eodem hoc anno excudit Joan. Graphæus. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 506. Scripsit etiam de hoc morbo ROLANDUS à CASTRO medicus itidem Antverpiensis. Ibid. *pag.* 1083. & Joachimus Rolandus medicus Mechliniensis. Ibid. *pag.* 558.

Jacobus Castrius scribit desuper.

Instituitur Processio S. Michaëlis & cessat morbus. Itaque cum solemnem Supplicationem seu Processionem Clerus, Senatus & populus Antverpiensis ipso die S. Michaëlis placando Deo instituissent, subitò malum serpere desiit. Ita *Haræus.*

Votiva

Votiva hæc Processio huc usque quotannis observata fuit in festo S. Michaëlis : sed cum anno 1751. abrogata esset ista festivitas, dies Processionis hujus fixus est in Dominicam immediatè præcedentem, dum nempe festum non incidit in Dominicam. Anno 1529.

Processio hæc maximè solemnis est. In ea circumfertur Ven. Sacramentum comitantibus omnibus Civitatis ordinibus tum Cleri tum Populi, quorum singuli manu gestant facem ardentem. Insolitam hanc cæremoniam indubiè populus Antverpiensis instituit in protestationem fidei suæ ergà VEN. SACRAMENTUM eo tempore, quo undique ab hæreticis impugnabatur.

Solemnitas hujus Processionis.

Cum Edicta anni 1526. & præcedentia contrà sectarios & eorum privata conventicula desideratum effectum non haberent, publicatum est hoc anno ex parte Principis nostri aliud, in quo mandatur, ut quicumque habent libros aliquos Lutheri aut aliorum sectariorum, eos deferant intrà certum tempus ad manus Præfecti loci sub pœna confiscationis corporis seu vitæ : & indulgentia promittitur eis, qui intra certum tempus errores suos ejuraverint. Verba edicti ex Gallico translati refert Haræus ad hunc annum hoc modo.

Libri Lutheri jubentur deferri sub pœnâ vitæ.

Indulgentia pro revocantibus errores.

„ Cæsar suis fidelibus salutem. Tametsi con„ trà errores & novitates Martini Lutheri & „ aliorum varias ediderimus ordinationes, ap„ positis certis pœnis gratiosis, nec tamen pro„ ficiamus ; idcirco ultra ea, quæ superio„ ribus Edictis à Nobis constituta sunt, præ„ cipimus quatenùs omnes in terris nostris ha„ bitantes vel conversantes ante vigesimum quin„ tum novembris proximum, ad manus prima„ rii Præfecti loci, ubi habitant vel versan„ tur, deferant omnes libros & scripta, quæ

Decretum desuper.

Anno 1529. „ habent, dicti Lutheri aut aliorum opiniones „ continentia, sub pœna confiscationis corpo- „ ris seu vitæ ejus, qui hoc facere neglexerit.

„ Et tamen, ut omnes intelligant, Nos ne- „ que vitæ neque facultatibus aliorum inhiare, „ moti misericordiâ & de speciali gratiâ consen- „ timus, ut quicumque privatim seu etiam pu- „ blicè perperàm de fide, de Sacramentis vel „ Ecclesiæ constitutionibus senserint, si pœni- „ tentiâ ducti ante dictum vigesimum quintum „ novembris apud primarium loci Præfectum „ errores suos & perperàm facta ejuraverint, „ quod Nobis & justitiæ hâc ratione per om- „ nia censebuntur satisfecisse, salvo quod ante „ finem quindecim dierum proximè sequentium, „ à Pastore suo vel alio potestatem habente „ doceant se etiam Ecclesiæ catholicæ esse re- „ conciliatos. Iis tamen exceptis, qui semel in „ gratiam recepti iterum lapsi sunt, aut qui in „ vinculis detinentur aut quorum lis pendet, „ qui corrigentur secundùm sua delicta eorum- „ que exigentiam. Datum Bruxellæ decimo quarto „ octobris anno 1529."

Anabaptista comburitur Antverpiæ. Inter carceri detentos, qui privilegio hoc excludebantur, indubiè fuit ille, de quo Chronicum quoddam MS. refert, quod circà hoc tempus Antverpiæ combustus sit propter falsas suas opiniones, verosimiliter anabaptisticas: circà idem enim tempus Mechliniæ propter similes errores combustus est quidam *Willelmus Swollensis*, qui tubicen Christiani II. Daniæ Regis fuerat, ut refert Seckendorf *Hist. Luth. Lib. II. pag.* 145. *n.* 4. Homo erat indoctus, cujus confessionem edidit *Pomeranus*, in qua tamen, inquit Seckendorf, quædam anabaptistica, ni fallor, observari possunt.

Item unus Mechliniæ.

De hoc Tubicine Mechliniæ combusto etiam men-

mentionem facit *Antwerpsch Chron. pag.* 32., dicitque id factum 22. octobris. Additque Antverpiæ die S. Barbaræ 4. decembris ejusdem anni cuidam viro ob eandem causam abscissam fuisse partem linguæ. Anno 1529. Antverpiæ uni abscinditur pars linguæ.

Vivebat hoc tempore ANNA BYNS virgo Antverpiensis ac Ludimagistra: quam morum castitas, Religionis orthodoxæ ac romanæ tuendæ zelus & rythmica poësis celebrem fecerunt. *Hieronimus Clichtoveus* S. T. L. scribens ad *Lævinum Crucium* epistolâ, quæ præmittitur ejus Parenesi ad Potentatos christianos &c. *Gaudeo sane*, inquit, *Musas divino famulari ac inservire cultui: & quod* Anna Bins *virgo pudicissima ac Retor nostras Antverpiæ egit in Lutherum & illius asseclas vernaculâ linguâ suaviterque sonantibus rythmis, id Crucium uberiùs & multo quidem efficaciùs carmine tentasse latino.* Anna Byns scribit contra Lutherum.

Arte pares Lesbis sappho & mea Bynsia, *distant*
Hoc solo: vitia hæc dedocet, illa docet.

Scripsit XVI. *Rythmorum* libros teutonicè, quorum altero in Lutherum & illius asseclas acriter invehitur. Rythmos hos versibus latinis reddidit *Eligius Eucharius* Gandensis presbyter, hoc anno 1529. Antv. prelo excusis apud Guilielmum Vosterman 8. formâ oblongâ; per quod *Anna* nostra etiam apud exteros celebris facta est. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 63. & 259. & D. Paquot *tom. V. pag.* 406.

Obiit hoc anno QUINTINUS MESIUS seu MATSIS Antverpiensis Pictor, qui penicillo suo templa nostra decoravit, notanter per tabulas expositas in Cathedrali in altari chori Circumcisionis, in quibus præcipuè ars ejus elucet. Primò fabrum ferrarium egerat, quod opus nec Quintinus mesius moritur.

Anno 1529. nec genio nec debilitati corporis quadrabat ; interim artem suam in eo conspiciendam dedit fabricans ornamentum , quod usque in hodiernum diem ornat puteum expositum ante Ecclesiam cathedralem. Dein in matrimonium petivit filiam Pictoris , cui ipse quidem placebat, sed non opificium quod exercebat : illius itaque amore ductus applicuit se arti pictoriæ , in qua brevi excellens eam obtinuit , unde dictum :

Connubialis amor de Mulcibre *fecit* Apellem.

Obiit Antverpiæ & sepultus fertur in Monasterio Carthusianorum nostrorum , id est in *Kiele* , quod monasterium post duodecim annos destructum est & translatum Liram. Post centum annos *Cornelius van der Geest* curavit transferri ossa ejus ante pedem turris Ecclesiæ cathedralis. Sed vix concipitur , quomodo in destructo & deserto monasterio per annos 88. potuerit conservari ejus sepulchrum. Interim ibidem exposita videtur effigies ejus cum hac subscriptione ; *Quintino Matsis incomparabilis artis Pictori admiratrix grataque posteritas anno post obitum seculari* 1629.

1530. Joannes Stratius Canonicus Antv. JOANNES STRATIUS Canonicus Antverpiensis scripsit juvenis *Orationem gratulatoriam* ad Eleonoram Caroli V. Cæsaris sororem Galliæ Reginam de matrimonio ejus cum Francisco I. Galliarum Rege , excusam Antv. anno 1530. 8. apud Joan. Graphæum. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 736.

S. Ignatius Antverpiæ. IGNATIUS dein fundator Societatis Jesu & sanctus , qui jam ab anno 1528. Parisiis Litteris humanioribus operam dederat , hoc anno Antverpiam venit anno ætatis suæ trigesimo nono & decimo ante approbatum Institutum.

Venit

Venit autem quærens media apud Mercatores Hispanos ad perficiendam Philosophiam ; hospitatus fuit in domo è regione portæ meridionalis ecclesiæ S. Jacobi. Imò fertur hìc spiritu prophetico cuidam juveni prædixisse , quod in patria sua societati collegium conditurus esset , quod eventus probavit. Ita Auctor *Chor. Soc. Jesu apud Sanderum*, Papebrochius *Annal. MSS.* & Pinius , qui præmissa conatur probare *Acta SS. Tom. VII. julii pag.* 436. *n.* 156. *& seq.* ac *pag.* 475. *n.* 346. Societas autem per eum post decennium instituta demùm in hac civitate collegium obtinuit anno seculi hujus septuagesimo quinto , ut infrà dicetur.

Anno 1530.

MARGARETA Gubernatrix Belgii moritur.

Cum latè diffusum dominium Principis nostri sæpe exigeret præsentiam ejus in dissitis regionibus ; nè ejus absentia nocumento esset , data est Belgio Gubernatrix , quæ nomine Principis has Regiones regeret. Prima fuit MARGARETA AUSTRIACA filia MAXIMILIANI I. Imp. & amita CAROLI V. Principis nostri. Nata erat 10. jan. 1480. Post obitum Matris educata fuit in Aula Regis Galliæ & desponsata DELPHINO , qui posteà fuit Rex CAROLUS VIII. , quo , anno 1491. ducente *Annam* Britanniæ hæredem , remissa fuit MARGARETA ad Patrem. Petita dein à FERDINANDO Rege Castillæ & Legionis filio unico JOANNI & ei concessa , mari exposita , cum navis periclitaretur , hoc sibi Epitaphium fecisse fertur , quod variè , sed non quoad substantiam , à variis refertur.

Ci git Margot *noble Domicelle ,*
Deux fois mariée & morte Pucelle.

In Hispaniam appulsa citò rediit , quia sponsus post consummatum matrimonium citò obiit. Anno 1501. nupsit PHILIBERTO Duci Sabaudiæ ,

Anno 1530. diæ, qui tertio post anno obiit sine liberis, quo rediit MARGARETA in Germaniam ad Patrem.

Hic cum tutor esset CAROLI Principis nostri, eam in àbsentia sua Gubernatricem dedit Belgio nostro, in qua functione emancipatus CAROLUS eam continuavit usque in hunc annum 1530., quo Mechliniæ obiit 1. decembris. Mulier erat prudentissima, & nascenti hæresi Lutheranæ cum effectu in his regionibus sese opposuit. Litteris quoque excultissima plura reliquit tum prosâ tum versu, inter alia *Descriptionem calamitatum suarum.* Oratio funebris ejus habita fuit per *Henricum Cornelium Agrippa* consiliarium ejus & historiographum. Vide Fop. Bibl. Belg. pag. 844. & alios.

Maria Austriaca Gubernatrix Belgii.

Principi huic in gubernatione Belgii anno sequenti suffecta est MARIA AUSTRIACA soror CAROLI V. vidua LUDOVICI Regis Hungariæ & Bohemiæ, quæ has regiones gubernavit usque ad annum 1555., quo Carolus ditiones cessit PHILIPPO filio.

Henr. Corn. Agrippa Antverpiæ.

Dictus HENR. CORN. AGRIPPA, famosus propter opiniones paradoxas & intolerabiles, hoc tempore versabatur Antverpiæ; ubi ex secunda uxore 13. martii 1529. ei natus est filius quintus, qui mense Augusto ibidem moritur. Erat Coloniæ nobili familia natus anno 1486. portentosi ingenii vastæque memoriæ, sed judicii ultrà modum critici. Parisiis Antverpiam venit. Eodem autem tempore, anno nempe 1529. invitatus per Henricum VIII. Angliæ Regem, per Cancellarium CAROLI V., per Italiæ Principem & per Margaretam Austriacam Belgii Gubernatricem, hujus invitationem acceptans titulo Historiographi Imperatoris decoratus est, & in ea qualitate edidit mox historiam coronationis illius Imperatoris; & non

diu

diu post Orationem funebrem Margaretæ. Anno 1530. Antverpiæ prelo dedit Tractatum *de vanitate scientiarum*, qui mox à Lovaniensibus fuit censuratus. Et anno 1531. ibidem dedit Lib. III. *de Occulta Philosophia*, mox etiam censuratos ab Inquisitoribus fidei. Refert le Roy *Not. March. pag.* 486. Desid. Erasmum, commorantem in castello Woudæ in obsequium Bergarum Domini, coram eo & aliis Proceribus ibidem occasione illorum disceptasse cum *Agrippa* de diversis magiæ generibus &c. **Anno 1530.**

Propter editos illos libros Agrippa carceri mancipatus est Bruxellis. Inde liberatus tendit Coloniam, dein in galliam, ubi iterum carceri inclusus & liberatus extremâ egestate pressus obiit Gratianopoli anno 1535. Omnes libri ejus, quos vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 439. & apud alios, ad primam damnatorum classem relati sunt in *Ind. Trid.*

Hoc Anno capite plexus est quidam Gregorius crumenifex, qui propter erroneas opiniones è Civitate relegatus fuerat sub pœna vitæ. Ita *Antwerpsch Chron. pag.* 33. Indubiè hic partem habuerat in tumultibus suprà relatis. **Hæreticus capite plectitur**

1531.

Conventus Carmelitarum Antverpiensium, licèt jam à triginta-septem annis fundari cœptus, necdum sufficientia habebat pro decenti subsistentia. Undè anno 1531., mediante Generali ordinis præsidente Mechliniæ in comitiis provincialibus, à Conventu Mechliniensi, è quo derivatus erat, obtinuit Terminum Zierickzeënsem; quo super in Archivis loci, ut refertur apud Sanderum *Chor. Carmel. Antv. Cap.* 1., hæc leguntur. „Conventus Mechli- **Carmelitæ obtinent terminum in Zierikzee.**

„ niensis

Anno 1531. „ nienſis conceſſit prædicto Conventui Antver-
„ pienſi perpetuò & futuris temporibus cultu-
„ ram ac terminum Zierickzeënſem cum ſuis
„ pagis, terris, manſionibus & appenditiis cir-
„ cumjacentibus, uti per terminarium Conven-
„ tûs Mechlinienſis coli ſolet; cum quadam
„ domo in dicta civitate, quondam ad con-
„ ventum Mechlinienſem pertinente. Sunt au-
„ tem in præfato termino quatuor Inſulæ, qua-
„ rum una vocatur Schaldia habens viginti duo
„ Villagia & civitatem Zierickzeënſem: altera vo-
„ catur Duvelandia habens ſex Villagia: tertia
„ vocatur Nortbevelandia habens duodecim
„ Villagia, & quarta Inſula vocatur Wolfſter-
„ dyck habens tria Villagia &c. Conventus autem Antverpienſis vix tam diu, quam ſteterat, terminum hunc coluit: ſupervenientibus enim tumultibus belgicis omnia ſus-deque verſa ſunt, & Religio catholica libertatem ibidem perdidit.

Imperator mandat manendum in Religione Patrum.

Princeps noſter CAROLUS V. Imp. anno præcedenti 19. novembris in generali Receſſu Principum germaniæ dederat edictum, quo mandabatur permanendum eſſe in antiqua fide & Religione patrum, nihilque innovandum ante generalis Concilii determinationem. Hinc Lutherus cœpit ferociſſimè protervire, edens hoc anno teutonicè libellos duos, quorum unum inſcripſit *Gloſſam in prætenſum Edictum Imperiale*. Haræus, qui hæc refert *Annal. Duc. Brab. ad hunc annum* ſpecimina quædam ex illis exhibet.

1532.

In Germania Proteſtantibus permittit ſuæ religionis uſum.

Anno ſequenti Cæſar è Belgio Ratisbonam ad Comitia contendit. Kal. februarii Moguntiam veniens, Archipræſule & Palatino petentibus, concedit, cum Proteſtantibus de pace agi liceat. Sed numquam res ad optatum finem perveniſſet, niſi

nisi Solymannus Turcarum Rex cum trecentis virorum millibus ad expugnandam Austriæ Viennam advenire fuisset nuntiatus. Quare concedente Cæsare, ut, ad tempus generalis aut provincialis Concilii, protestantes sine ulla molestia religionis novæ ritibus uterentur, communibus omnes consiliis ac animis auxilia Cæsari contra Solymannum mittunt. Ita *Haraus*. Anno 1532.

Hoc anno fundata refertur pia domus, in qua educarentur pueri expositi, seu inventi; unde dicta est domus Inventitiorum *Vindelingen-Huys*. Fundârunt eam seu construi curarunt civitatis Eleëmosynarii, sano planè consilio, nè scilicet hâc maculâ notati educarentur inter honestiorum civium pupillos. Fundatur Domus Inventitiorum.

Constructa est autem domus circà mœnia in parte meridionali civitatis, in platea hodie dicta *Rochus-straet*. Et supra portam posita est sculptura lapidea cum inscriptionibus rem totam indicantibus; Christus Salvator constitutus in medio, ad dextram ejus masculi flectentes sub patrocinio Moysis Prophetæ; ad sinistram femellæ sub tutela cujusdam Viduæ, quæ putatur fuisse S. Elizabeth. Sculptura hæc à paucis annis dejecta fuit, sed iconismum ejus nobis conservavit Papebrochius in *Annal. Mss.* Lapides verò, quibus incisæ erant inscriptiones, conservati sunt, & hodie videntur infixi parieti suprà Portam. Inscriptio sub masculis hæc est. Inscriptione supra Portam.

Godes Capiteyn Moyses, *naer der Schriftuer oirconde*,
Wert van Pharoes dochter als Vondelink vonde.
Wy zyn arme Vondelingen, *soo men mag aenschouwen*;

Goe-

Anno 1532.

Goede herten wilt ons uyt caritaet onderhouden.

Sub puellis.

Wy bidden u, ô Heer, als Vondelingen ootmoedigh,
Voor die ons met caritate sijn behoedigh.
Heere wilt ze met uwe gratie omscheynen;
Die voor ons sorgvuldigh sijn met groote peynen.

Hinc clarè patet intentio hujus Fundationis. Successu tamen temporis cœperunt in illa domo etiam ali pauperes civium pupilli. Et hodie pupillis alius locus non est, in quo educentur. Retinet tamen domus originale probrosum nomen; cum jam potiùs & honestiùs diceretur Domus *Orphanorum* quàm *Inventitiorum*. Educantur in domo hac orphani usque ad annum circiter duodecimum, quando masculi transferuntur ad Domum *het Knechtjens-huys* & filiolæ ad Domum *het Maeghden-huys*; in quibus honestè educantur, usque dum didicerint, quo sibi sufficiant.

Est hodie Domus Orphanorum.

Juxtà hanc Domum eodem anno erecta per eosdem est domus pro mente captis, quibus anteà locus erat viâ *de Stoof-straet*. Huic Domui præfixa est lapidibus in circumferentia Portæ insculpta hæc inscriptio.

Domus pro mente captis.

Die geldt hebt en verstant,
Daer deêt eylaes om wenschen;
Reyckt uyt uw milde handt
Aen Sinneloose *Menschen.*

Capellam annexam habet dicatam D. Rocho; in quâ divina peraguntur tum pro his, tum pro Orphanis vicinam domum inhabitantibus. Ab anno 1770. ædificia hujus domûs multiplicantur & elevantur.

Joan. Loemel Canon. Antv.

Hoc anno 17. octobris Antverpiæ in loco residentiæ obiit JOANNES LOEMEL Antverpiensis Cano-

Canonicus. Erat Brabantus J. U. L. è Pastore Weldano ac Gelano, quæ Brabantiæ municipia sunt, Professor ordinarius ad Codicem in Academia Lovaniensi, Canonicus & Archidiaconus Famennæ in Ecclesia Leodiensi, nec non ad D. Rumoldum Mechliniæ Canonicus, ab anno 1509., in suprema Brabantiæ Curia Consiliarus, Nuntius quoque & Commissarius Apostolicus surrogatus à LEONE PP. X. in locum ADRIANI VI. Scripsit *Interpretationem Brevium atque Indulgentiarum*, quas per triennium Pontifex Dominiis CAROLI Principis nostri concesserat. Plures pias fundationes fecit Lovanii. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 678., ubi dicitur cognominatus HUBERTI. Anno 1532.

1533. Paucis annis incolumis steterat restaurata sive renovata ecclesia matrix seu Basilica B. Mariæ, & novum circum Chorum opus, cui Imperator primarium posuerat lapidem, necdum completum erat, dum anno 1533. 5. octobris horâ undecimâ nocturnâ devastata fuit incendio; quod, unde causatum fuerit, nescitur; Periit autem in hac conflagratione tota Ecclesia, dempto Choro & completâ turri; periêre altaria, picturæ & alia innumera ornamenta pretiosissima. Famosus *Cornelius Graphaus* civitati à Secretis hanc conflagrationem descripsit versu heroïco & prelo dedit anno sequenti apud Joan. Graphæum. Poëma illud reimprimi curavit 1613. *Franciscus Swertius* in *Monn. Sepulchralibus* & D. Paquot 1765. *Mem. litt. tom. VI. pag.* 190.

Conflagratio Ecclesiæ BM.

Notat Graphæus in ea descriptione incendium cepisse ad Altare S. Gummari juxtà turrim, periisse quinquaginta septem Altaria, cum jam tantùm in ea ecclesia habeantur Altaria triginta sex. Expositam illic fuisse ingentem statuam sancti Christophori, prout adhuc hodie in aliquibus ecclesiis

Anno 1533. ecclesiis in Belgio videtur. Tandem conservationem turris adscribit curæ & industriæ *Ladislai van Ursel* secundario eo anno civitatis Burgimagistro.

Carmen autem istud examinat & interpretatur Papebrochius in *Annal. Mss.* Cæterum conflagratio ista occasio fuit, quominus ad effectum duceretur novum circum Chorum opus, imperfectumque manserit usque in hodiernum diem: omnia enim jam impendenda erant restaurandæ Ecclesiæ. Avita autem civium pietas eam brevi in majorem splendorem reduxit.

Petrus Ægidii moritur. Hoc anno 3. Id. novemb. moritur PETRUS ÆGIDIUS sive GILLIUS huic Civitati ab anno 1510. ab Actis. Natus erat Antverpiæ circà an. 1486. patre *Nicolao Ægidio* urbis Quæstore. A teneris annis enutritus liberalium Artium studiis doctorem ac directorem habuit *Desiderium Erasmum*, cui familiarissimus vixit; ut & *Thomæ Moro*, *Conrado Goclenio* Can. Antv. aliisque. Erasmus in Adagiis eum hospitem ac Pyladem suum appellat: alibi à doctrina & humanitate eum commendat, sicut & Thomas Morus apud eundem. Reliquit *Threnodia in funus Maximiliani Cæsaris* cum *Epitaphiis* aliquod & *Epigrammatum* libello Antv. 1519 4.; *Hypotheses* sive *spectacula Carolo V. Cæsari ab S. P. Q. A.* edita ibid. in 4. *Enchiridion Principis ac Magistratûs christiani* sive *Præceptiones* quasdam *ad docendos Principes ac Magistratûs* è veterum libris. Colon. 1541. In quo opusculo concinnando subsidiarias operas contulit *Corn. Scribanus.* Primus quoque edidit *Titulos legum ex codice Theodosiano.* Lov. 1517. fol. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 948.

Guil. Brantegem Carthus. Antv. GUILIELMUS BRANTEGEM Alostanus flander, Prætor & receptor Borsaliæ in Zuyd-bevelant Zelan-

Zelandiæ, dein Carthusianus Antverpiensis in *Kiele.* (Carthusia hæc post paucos annos translata est Liram, ibique hodie extat) hoc anno edidit *Enchiridion piarum precationum ex veteri & novo Testamento* cum iconibus; quod aliàs *Pomarium Orationum* vocatur. Antv. 1533. in 16. & alia. Vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 394. & D. Paquot *Memoires litt. tom. VII. pag.* 251. De anno obitûs ejus non constat. Anno 1533.

FRANCISCUS VAN DER DILFT. Antverpiensis, J. C. Eques auratus & huic civitati Senator, Vir totâ Europâ legationibus clarus & Apuleii elogio inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus. Unde & à genere, famâ, eruditione, moribus juvenem adhuc, Mercuriano Gattinario Cæsaris consiliario commendat Erasmus, ut per illum *Dilfio* in Aulam Cæsaream pateat aditus, generosis moribus informandus: scripsit *Orationem gratulatoriam ad Carolum V profligato è Panonia Solymanno Turcarum tyranno*, Barcinone habitam. Lov. 1533. 4. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 291., qui annum obitûs ejus non notat. Franc. van der Dilft.

WILLELMUS ENCKEVOORT Brabantus ex Mierlo, primò Canonicus Antverpiensis, dein Præpositus ad S. Salvatoris Ultrajecti resignante *Adriano Florentii* tunc Cardinali, & ab eodem jam Pontifice libellis supplicibus (*Datarium* vocant) præfectus, Ecclesiæque Dertusensi in Hispania Antistes datus, demùm in collegium Cardinalium ab eo solus est cooptatus. Denique annò 1529. factus est præpositus ad D. Rumoldi Mechliniæ, & eodem vel sequenti anno Episcopus Ultrajectinus, primus postquam jurisdictio temporalis illius Episcopatûs translata esset in Carolum V. Erat in omnes beneficus, præcipuè in egenos: undè anno 1531. domum hospitalariam cum Capella insti- 1534. Will. Enckevoort Cardinalis Can. Antv.

Anno 1534. tuit in Mierlo, ut patet ex Litteris desuper confectis apud Miræum *Don. Belg. lib. I. cap.* 155. Et personatum Ecclesiæ de Ascha prope Bruxellas à Paulo III. collegio Adriani VI. Lovanii incorporari curavit anno 1534., quo extremum diem clausit Romæ 19. julii, anno ætatis 70. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 398., ubi & Epitaphium ejus refertur.

Tholus in B. M. perfectus.

Puer Jejus ventorum indem

Proficiebat sat citò restauratio conflagratæ Ecclesiæ B. Mariæ. Hoc anno completus refertur eminens tholus seu spendida lucerna elevata ante Chorum. Dissensio autem erat circà ventorum indicem eidem superponendum, num nempè poneretur Christus Salvator, num Puer Jesus. Utriusque idea confecta est, & magis placuit Puer Jesus nudus, ut natus est, illique impositus est, extatque ibidem usque in hodiernum diem. Patet hoc ex eis, quæ Papebrochius *Annal. Mss. ad an.* 1535., refert ex Rationibus ejusdem Ecclesiæ, in quibus dicit notari, quod ejus magistri „ solverunt Gummaro van „ Neerbroek pictori pro duplici idea SALVATO„ RIS & JESU schellingos duos, stuferos VI. : „ Adriano Michils fusori ærario pro Jesu fabri„ cando libras XIV. schelingum 1. : Petro Beeck„ mans ejusque adjutori socio pro illo collocan„ do florenum unum carolinum, sive schel„ lingos V. : Michaëli Wirex pro eodem & glo„ bo, cui insistit, deaurandis schellingos XVII. ; „ Pro XIII. centenariis aurearum Bracteolarum „ operi impensis ad valorem XXVIII. stufero„ rum, universim libras IIII. schellingos XI. ; „ & lignareis fabris, qui tecto alæ meridionalis in „ cruce coronidem imposuerunt, id est vi„ rentem ramum, V. schellingos. Petro Cam„ panario pro pulsanda die XIX. Augusti cam„ pana majori ad indulgentias à Pontifice con-

„ cessas . . .

„cessas... ; Nepoti Jacobi Bast œnopolæ in li- Anno
„lio pro ama geltarum XXI. , impensa ad 1534.
„opus Indulgentiæ , libras II. schellingos XIX.
„stuferos VI. ; Episcopo Cameracensi ob con-
„secratum Altare B. Virginis in stipite nuncu-
„patæ schellingos XXXVI. stuferos VI.

Dein subjicit Papebrochius : Cur autem ex duabus propositis à pictore Ideis statuæ tholo imponendæ magis placuerit JESUS, ut natus erat puer nudus , quàm virili specie vestitus ; non alia facilè dabitur ratio , quam quod Pueri nudi forma eminùs apparitura erat distinctiùs quàm alia , & leviori operâ inaurari poterat.

Interiùs in plano summitatis tholi hujus seculo subsequente affixa est tabula repræsentans Assumptionem B. M. pictam per *Cornelium Schut* famosum pictorem , coævum P. P. Rubbens.

Non obstantibus rigorosissimis Imperatoris Edictis contrà sectarios & eorum prædicationes , identidem adveniebant aliunde , aut occulti prorumpebant per conciones populum concitantes. Senatus autem Religioni catholicæ addictissimus , juxtà decreta ubique invigilans , reos repertos pro merito puniebat. Hinc Chronica tum manuscripta tum impressa circà hoc tempus varias similium punitiones notant. Anno præcedenti duo Lutherani , qui extrà civitatem in Begginagio & alibi concionati fuerant , comprehensi capite plexi sunt horâ quintâ matutinâ. Sectarii puniuntur.

Præcipuè autem hoc tempore invigilandum erat in Anabaptistas , qui omnem potestatem spernentes , & Nobiles & Magistratus exterminandos docebant. In illos , inquam , animadvertendum erat hoc tempore : quia hoc anno seditiosis suis principiis insistentes invaserant & Anabaptistæ puniti.

 occu-

Anno 1534. occupaverant civitatem Monasteriensem; in eaque sibi Regem constituerant; qui, cum fere per annum regnasset, pro merito morte punitus fuit. Undè simile quid ab illis ubique timendum erat: quod & anno sequenti tum hìc, tum Amstelodami, tum Leidæ, tum alibi in Hollandia & Frisia tentaverunt. Hinc anno præcedenti hìc duo Anabaptistæ morte puniti referuntur, & hoc anno trigesimo-quarto mense martio quatuor feminæ Anabaptistæ saccis illigatæ projectæ è Werva in Schaldim referuntur submersæ.

1535. Anabaptistæ invadunt Civitatem. Non obstante autem omni Senatûs vigilantiâ, quod timebatur obvenit! anno enim 1535., dum adhuc subsistebat Monasterii Anabaptistarum regnum, civitatem hanc invaserunt anabaptistæ, & parùm abfuit, quin eam subjugarent. Notatum hoc invenio in Chronico Ms. Mensis may die 11. congregati subitò Curiam invaserunt, eamque jam occupaverant, antequam resistentiam invenissent. Cives autem ad arma prorumpentes eos expulerunt, & repellentes septemdecim trucidârunt & plures captivos duxerunt. Captivi illi dein variis modis pro merito sunt puniti: præcipuis, tamquam proditoribus, cor vivis erutum est, alii aliis modis morte sunt puniti; feminæ vel suspensæ vel saccis illigatæ sunt submersæ. Indubiè hâc occasione decretum Cæsareum de Anabaptistis irremissibiliter morte puniendis datum est Bruxellis 10. junii 1535., quod refertur *Edict. Fland. Tom. 1. Rubr. 7. pag.* 118.

[C]ausant in[c]endium. Aliud Chronicum notat, quod anno sequenti plures Anabaptistæ Antverpiam venerint ex Hollandia, (ex illis indubiè, qui Amstelodami & alibi anno præcedenti populum concitare tentaverant & repulsi fuerant. Vide

Haræ-

Haræum *Annal. Duc. Brab. ad an.* 1535. & Fleury *Hist. Eccl. L.* 135. *n.* 50.) quodque, cum incendium procurare tentassent, deprehensi tamquam incendiarii sint combusti. Hinc credendum est, varios anabaptistas, qui in diversis Chronicis his tribus annis hic morte plexi referuntur, partem habuisse in alterutro jam dicto seditioso facinore. Unum notat, quod anno trigesimo-septimo inter alios duo morte puniti sint illius sectæ Episcopi seu ministri, qui alios rebaptizaverant, quorum unus erat apostatâ conventûs Prædicatorum Groeningensis. Anno 1535. Puniuntur.

Occasione indubiè horum tumultuum dedit Cornelius Graphæus S.P.Q.A. à Secretis *Monstrum Anabaptisticum rei Christianæ perniciem*, hoc ipso anno 1535. typis vulgatum. Eodem anno hic prelo data est *Dissertatiuncula contrà Anabaptismum nunc primùm & nata & edita* Antv. 1535. in 12. & indubiè alia multa. Desuper scribit Graphæus & alii.

Anno hoc 1535. Abbatia S. Michaëlis vendidit decimas de Wyneghem *Joanni Vleminck*, qui dein anno 1547. factus est Dominus ejusdem loci. Litteræ desuper confectæ 7. may hæc continent: *De groote thiende van grane, als de vorschreven Abt ende Convent jaerlyckx hebbende ende ontfanghende sijn in der Parochie ende Dorpe van Wyneghem ende daer ontrent &c. los, vry ende quyte van alle commeren ende calangien, uytgenomen sesse sisteren roghs erffelyck den Prochiaen van Wynegem voors. daer jaerlyckx uytgaende ende anders niet.* Ita le Roy. *Not. March. pag.* 127. An autem his decimis annexum fuerit jus Patronatûs aut Personatûs, non liquet. Interim Personatum illius loci hodie possidet Abbatia Tongerloëensis, cujus Abbas è suis eo mittit, qui curam Pastoralem observant. Abba. S. Michaëlis vendit Decimas de Wynegem

Anno 1535. Hoc anno obiit JOANNES ELBURCHT vulgò dictus *cleyn Janneken* Pictor, qui penicillo suo Ecclesias nostras decoravit. Inter alia ipsius penicillo picta fuit tabula altaris Ichthyopolarum in Cathedrali, quod est primum ingredienti per majorem portam à dextris. Repræsentat piscationem S. Petri. Ipsius etiam sunt parvæ tabulæ retro candelabra in eodem altari. Altare hoc proprium fuit officio curiali. Hinc patet, immediatè post conflagrationem dictæ Ecclesiæ, Altaria mox debitè restaurata fuisse.

Joannes Elburcht Pictor

1536. Circa annum 1536. obiit *Joachimus Fortius* aliàs STERCK, vulgariter notus sub nomine *Joachimus Fortius Ringelbergius*; Antverpiæ natus Linguis & Philosophiæ operam dedit Lovanii, ubi & docuit Græcum, Arithmeticam, Cosmographiam & Mathematicam; deinceps Parisiis, Aureliani, Burdigalæ & alibi. Dum versabatur in aula Maximiliani I. Imp., cui perquam gratus erat, pingendi cælandique artem didicit. Varios edidit tractatus. *Elegantia; De usu & differentiis vocum quarumdam apud Latinos; De conscribendis Epistolis; Elementa Græca; Dialectica; Rethorica & quæ ad eam spectant; Sphæra sive institutionum Astronomicarum libri tres; Cosmagraphia; De Tempore; Optica; Chaos mathematicum; Arithmetica; Horiscopus; Astrologia; Physiognomia; Experimenta; De urina non visa; De Homine, de Interpretatione somniorum.* Optimus autem ejus tractatus reputatur is, qui est *de Ratione studendi.* Puræ latinitati incumbebat, & dicebat se malle vocem bonam quàm aureum. Amicus erat Fortius viris sui ævi litteratis. Melchior Adam *in vit. Germ. Phil.* Fop. *Bibl. Belg. pag.* 556. Ghilini *Theat. de Hom. litte. &c.*

Joachim Fortius.

OTTO

OTTO PACK, quem suprà ad annum 1528. vidimus nequissimo modo totam Germaniam turbasse, erat Legum doctor, homo nobilis, occultus Lutheri discipulus & Consiliarius juratus pii & catholici Principis *Georgii* Ducis Saxoniæ. Ita Cochlæus contemporaneus *in Comment. de act. & scrip. Luth. ad an.* 1528., ubi, cum suprà dictum & alia ejus crimina latè deduxisset & examen ejus narrasset, dicit: Cum igitur ad tot sibi objecta crimina non posset nec auderet respondere immoto pede, omnes Oratores consurrexerunt, eique in faciem dixerunt, quod sit infamis, perfidus, perjurus ac sceleratus nebulo & ex stirpe nequam, qui Principes & Dominos eorum nequissimâ calumniâ traduxerit; reus criminis & falsi & læsæ majestatis. Protestabantur itaque & rogabant Lantgravium omnesque circumstantes, ut illum pro tali haberent, donec demonstraret fœdus illud à dominis eorum factum esse. Pack verò miserè confusus ac dehonestatus, mortis quidem supplicium evasit gratiâ & benignitate Lantgravii: profugus tamen & exul factus nusquam in terris Lantgravii & Electoris Saxoniæ, aliorumque Principum, quos diffamaverat, tutò pedem sistere potuit. Vagus igitur ac profugus factus super terram, velut alter Cain, per diversa latibula ad urbes stagnales (*Surius* maritimas) sese proripuit. Anno 1536. Otto Pac quis & qual

Addit Cochlæus in margine: Tandem comprehensus Antverpiæ anno 1536., post diuturnum carcerem, post longam juris disceptationem, post feralia quæstionum tormenta, capite plexus & in quartas divisus est anno 1537. mense februario. Notat insuper, quantum doluerit Lutherus, quod machinatio Packii frustrata sit effectu. Idem factum narrat Surius in *Comment. ad an.* 1528. 1537. Antverpi capite plec tur. Dolet De Lutherus.

Anno 1537. Licèt autem dictus OTTO referatur Antverpiæ comprehensus ; non tamen Antverpiæ , sed Bruxellis capite plexus est 3. febr. 1537. Sententia contrà eum ibidem lata , agente *Balduino le Cacq* Procuratore fiscali magni Concilii , refertur ad longum impressa in libro *Annalium Wirsburgensium pag.* 273.

Turris meridionalis in B. M. restituta.

Turris meridionalis Ecclesiæ matricis , quæ incompleta mansit , quæque ante quatuor annos in conflagratione Ecclesiæ exusta fuerat , hoc anno 1537. restituta erat , ut ante fuerat , ejusque summitati imposita fuit Crux 13. julii. Ita *Chron. Ms.*

1538. Moritur Isabella conjux Caroli V.

Anno 1538. obiit Toleti ISABELLA Portugaliæ conjux CAROLI V. Principis nostri. Illius cadaver cum ad Granatense sepulchrum deduceret Franciscus Borgia Dux Candiæ , in ejus vultu fœdè commutato mortalium caducitatem relegens , voto se astrinxit , cum primùm liceret , Deo unicè inserviendi. Quare deinceps mortua conjuge anno 1548. nomen dedit Societati Jesu , in qua cum sanctè devixisset , in Sanctorum catalogum est relatus.

Ecclesiæ sub interdicto.

Notatur in *Chron. Ms.* hoc anno hìc dissentionem subortam fuisse inter Landecanum & schultetum occasione cujusdam matrimonii : eaque occasione omnes civitatis ecclesias per tres dies sub interdicto fuisse. Plura circà hoc factum hactenùs non detexi.

Natio Hispanica obtinet sibi Capellanum proprium.

Peregrini mercatores cum communiter linguam flandricam nec intelligerent nec loquerentur , Confessores habere debebant , qui linguam ipsorum scirent. Quando autem ex eadem Regione multi hìc morabantur mercatores , consti-

constituebant Corpus, quod vocabatur *Natia*: inde *Natio Germanica*, *Genuensis*, *Hispanica*, *Anglica* &c. & Nationes illæ privilegia obtinebant tùm à Principe tùm à Pontifice. Quando autem Natio aliqua satis potens erat ad sustentandum Confessorem, desiderabant unum nationis suæ. Hinc hoc anno mercatores Hispani junctis sibi, qui morabantur Brugis, recurrunt ad *Paulum* PP. III. supplicantes, quatenùs ipsis protestatem faciat eligendi sibi Confessorem Hispanum secularem vel regularem, qui non tantùm confessiones audiat, sed etiam alia Sacramenta ipsis ministret. Pontifex illorum precibus motus petitam licentiam eis benignè concessit, sub ordinaria tamen clausula *sine Pastorum præjudicio*. Bullam ejus desuper datam Romæ 3. octob. hujus anni subjungo ex Copia authentica. Anno 1538.

„PAULUS Episc. servus servorum Dei di„lectis filiis universis & singulis Mercatoribus & „aliis personis hispanicæ Nationis in Brugensi „& Antwerpiensi oppidis, Tornacensis & Ca„meracensis diœcesium, nunc & pro tempore „commorantibus salutem & apostolicam bene„dictionem. Bulla Pauli III. desuper.

„Ex parte vestra fuit propositum coràm „Nobis, quod vos pro eo, quia idioma „flandricum ut plurimùm sanè non intelligitis „neque loqui scitis, & Pater Confessor hispa„nus vobis tam sanis quàm infirmis in con„fessionibus vestris audiendis plerùmque adesse „consuevit, cupitis vobis unum Presbyterum „hispanum secularem vel cujusvis Ordinis regu„larem, per vos vel quemlibet vestrûm in „confessorem eligendum, qui confessionibus „vestris per eum diligenter auditis, Eucharistiæ „& alia Sacramenta ecclesiastica vobis ministret, „eligendi licentiam & facultatem per Nos concedi.

„Quare

Anno 1538. „ Quare Nobis humiliter supplicari fecistis ,
„ ut vobis in præmissis oportunè providere de
„ benignitate apostolicâ dignaremur.

„ Nos igitur hujusmodi supplicationibus in-
„ clinati vobis & vestrûm singulis , ut ab ali-
„ quo Presbytero hispano seculari vel cujusvis
„ Ordinis regulari , per vos vel vestrûm sin-
„ gulos in vestrum Confessorem eligendo , con-
„ fessionibus vestris per eum diligenter auditis ,
„ Eucharistiæ & quæcumque alia ecclesiastica
„ Sacramenta , sine alicujus censuræ incursu ,
„ & Rectorum parochialium Ecclesiarum , in-
„ frà quarum Parochias pro tempore degeritis ,
„ præjudicio , ac cujusvis licentiâ super hoc
„ minimè requisitâ , recipere valeatis : ac ei-
„ dem Presbytero eligendo prædicto , ut Sa-
„ cramenta hujusmodi vobis & vestrûm singulis ,
„ ut præfertur , ministrare possit , quibuscum-
„ que apostolicis ac in provincialibus & syno-
„ dalibus Conciliis editis , generalibus vel spe-
„ cialibus constitutionibus & ordinationibus ,
„ cæterisque contrariis nequaquam obstantibus ,
„ auctoritate Apostolicâ tenore præsentium de
„ speciali gratiâ perpetuò indulgemus.

„ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc
„ paginam nostri Indulti infringere , vel ei
„ ausu temerario contraïre. Si quis autem hoc
„ attemptare præsumpserit , indignationem om-
„ nipotentis Dei ac beatorum Petri & Pau-
„ li Apostolorum ejus se noverit incursu-
„ rum.

„ Datum Romæ apud sanctum Petrum an-
„ no Incarnationis dominicæ millesimo quingen-
„ tesimo trigesimo octavo , quinto idus
„ octobris , Pontificatûs nostri anno quar-
„ to. "

Eligunt Jesuitam. In vim hujus privilegii Natio hispanica anno 1562. & deinceps sibi Confessorem elegit

Jesuitam :

Jesuitam: & hâc occasione Patres Societatis Antverpiæ pedem fixerunt, & deinceps post tredecim annos ibidem Collegium obtinuerunt. Anno 1538.

Anno 1539. 25. janu. (alii dicunt 1535.) obiit CONRADUS GOCLENIUS Canonicus Antverpiensis. Erat natione Westphalus, primus in Collegio Trilingui, Lovanii anno 1520. per *Hieronimum Buslidium* fundato, linguam latinam docuit. Familiarissimus erat *Desid. Erasmo*, qui eum à judicio, doctrinâ, industriâ, morumque comitate non uno loco deprædicavit. Orationem ejus funebrem dixit *Petrus Nannius*, ejus in munere docendi in dicto Collegio successor. Sepultus est ibidem in D. Petri, ubi ei positum est honorificum Epitaphium, quod sicut & opera ab eo edita refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 189. 1539. Conradus Goclenius Can. Antv.

Eodem anno obiit JOANNES VENIUS Carmelita Antverpiensis, qui prelo dedit Orationes duas, alteram *de Cœna Domini*, alteram *de veneratione sanctorum & sacrarum Reliquiarum*. Biblioth. Carm. Joan. Venius Carmelita Antv.

Fratres Prædicatores, cum Conventûs sui Templum, quod olim, ut suprà vidimus, anno 1276. consecratum fuerat per *B. Albertum magnum*, situm esset in humili loco, in quo patiebatur ab æstu maris, & indubiè jam præ vetustate collaberetur, novum erigere intendentes, fundum propinquum elevârunt ad quindecim pedes. In eo autem fundo sic elevato novum Templum erigere cœperunt hoc anno; sed, cum primum spatiosum satis non esset concurrenti populo, hoc amplum magis construxerunt. Verùm constructio hæc tardè processit, indubiè ob malignitatem temporis; FF. Prædicatores erigunt novum Templum.

nam

Anno 1539. nam demùm consecratum refertur post triginta annos, anno nempè 1571., idque per Godefridum Mierlo S. T. D. Ord. Præd. Episcopum Harlemensem. *Chron. Ms.* & *Chor. Præd. Antv.* apud Sanderum.

1540.

Novus lusus campanarius in B. M. Plura Chronica manuscripta & impressa notant, quod 1540. completa essent in Turri B. MARIÆ novum horologium & novus lusus campanarius, quodque novum præludium horarum primâ vice sonuerit 7. martii mane ad medium octavæ. Campanæ autem, quæ superfuerant ex veteri campanarum lusu, translatæ feruntur ad nuper tunc erectam Parochiam S. Andreæ, ubi appensæ sunt in Turri, quæ anno 1755. 30. may vesperi ad medium undecimæ sine læsione cujusquam & sine notabili domorum circumjacentium nocumento, fundamentorum vitio concidit; cum adhuc onusta esset viginti quinque campanis.

Vetus ponitur in S. Andreæ.

Horarum Indices. Referunt etiam, turri B. M. mense augusti impositos fuisse horarum Indices. Nostro autem ævo vidimus ex illis indicibus tolli litteras Gothicas & substitui Romanas.

Prohibetur lectio lib. hæreticorum. Hoc anno Carolus V. prævenire volens infectionem subditorum suorum, iterùm gravi Edicto proposito per omnes ditiones suas hæreditarias Germaniæ inferioris omnibus interdixit lectionem librorum Lutheri & quorumcumque aliorum hæreticorum. In immorigeros capitis pœna decreta est. Ita Surius in *Comment pag.* 452.

Princeps nominat ad Decanatum Antverpiensem. Mortuo JOANNE NATURELLI Decano Capituli Antverpiensis, nominatus est per Principem ad hanc dignitatem an. 1540. ROGERIUS DE TASSIS Mechliniensis J. U. D., qui ab anno

anno 1522. fuerat Præpositus D. Petri Lovanii & Cancellarius Universitatis. Hunc primum Princeps nominavit ad hanc dignitatem, ut constat ex schedis Capituli, idque vigore Indulti Pontificii. Non constat autem, quo anno CAROLUS obtinuerit Indultum ad nominandum ad primas in capitulis dignitates. Van Espen *Jur. Eccl. Tom. I. P. II. Tit. XXV. de Jure Patron. a. XV.* censet esse Indultum LEONIS X. anni 1515., de quo suprà egi. Id autem verosimile non est; nam, cum vigore illius Indulti CAROLUS cœpisset nominare ad Abbatias & hactenùs effectum non habuisset, credendum non est, quod Princeps vigore ejusdem indulti cœpisset nominare ad primas in capitulis dignitates, idque viginti-quinque annis post obtentum Indultum: nam antè hunc annum 1540. non invenimus eum ad illas dignitates nominasse in ullo Capitulo. (Hanc meam opinionem dein adoptavit D. Paquot *Mem. litt. tom. XII. pag.* 260. in annotatione ad notam *d.*) Undè credendum est, Principem deinceps aliud desuper Indultum obtinuisse: fortè anno 1538., quando cum Pontifice & Rege Galliæ convenit in civitate Nicea: refertur enim, Regem Galliæ ibidem tunc à Pontifice obtinuisse Indultum pro Beneficialibus. Sic forte CAROLUS V. tunc Indultum illud obtinuit. Anno 1540.

Cæterum prima hæc nominatio Antverpiæ non sine difficultate admissa fuit, nam nominatus demùm installatus fuit 6. may anni 1545.

Jam diu in his partibus agitata fuerat quæstio; num expediret pauperibus prohibere mendicationem, & constituere viros, qui Eleëmosinas colligerent & egentes ex illis debitè sustentarent. In utramque partem scripta plura prodierunt. Occasio- Quæstio num expediat impedire mendicationem.

Anno 1540. Occasionem huic quæstioni fortè dederant Senatus & Clerus Iprensis, qui anno 1525., pro meliori sustentatione egentium & ad impediendas fraudes, pauperibus prohibuerant mendicare & statuerant viros, qui Eleëmosinas colligerent & necessaria egentibus procurarent. Pro hoc decreto per Christianum Cellarium habita est *Oratio contrà mendicitatem publicam pro nova pauperum subventione* edita Antv. 1530. 8. Verùm *Ægidius Wytsius* J. C., qui in eandem sententiam scripsit *Consilium de continendis & alendis domi pauperibus*, dicit *Cellarium* dein sententiam recantâsse, confodisse & lacerâsse. Scripsit etiam *Joannes Lud. Vives* ad Senatum Brugensem Lib. II. *De subventione pauperum* flandricè dein editos Antverpiæ. *Petrus Papaus* dedit Ipris *Elegiarum Lib. II.*, priore mendicabulum publicum tuetur; altero tollendum docet. Denique *Laur. Villavicentius* Ord. S. Aug. S. T. D. Lov. refellit scriptum Ægidii Wytsii.

Judicium Facultatis Parisiensis.

In hac varietate sententiarum Senatores Iprenses, metuentes conscientiæ suæ, consulunt facultatem Theologicam Parisiensem, eoque mittunt *Joannem Crocium* & *Jacobum le Pape* cum litteris datis 28. decembris 1530., in quibus expositus erat casus & propositum decretum, quod antè quinque annos publicatum erat. Responsio Facultatis, data 16. janu. anni sequentis, continebat, quod intentum Senatûs, licèt difficulter ad effectum duceretur, pium esset, salutare, utile & conforme Evangelio, doctrinæ Apostolorum & praxi patrum, si observentur sequentes conditiones: Quod, si bursa communis non sufficiat omnibus pauperibus, ipsis non impediatur mendicatio; Quod divites non cessent succurrere extremè egentibus; Quod non impediantur eis dari Eleëmosinæ

publicè

publicè vel occultè; Quod laïci eo titulo non arripiant bona ecclesiasticorum; Quod mendicantium Ordinibus non impediatur petere Eleëmosinas, sicut nec mendicis extraneis; Tandem quod decretum istud pro circumstantiis loci & temporis variari possit. Fleury, *Hist. Eccl. Lib.* 133. *n.* 129. & *seq.* Anno 1540.

Consulta etiam fuit Facultas Theologica Lovaniensis, quid de editis desuper libellis judicaret. Rescripsit autem Facultas, se probare scopum *Villavicentii*, *Wytsii* verò improbare. Vide Foppens *Bibl. belg. pag.* 35. Item Lovaniensis.

Interim CAROLUS V. prohibuerat pauperibus mendicare per decretum datum 7. octobris 1531, quod refertur *Edict. Flandriæ Part. I. Lib. III. Rubr.* 1. in quo *Art.* 10. hæc desuper leguntur. *Dat niemandt, het zy mans oft vrouwen, henliden en voorderen van nu voortaen te bidden oft aelmoessen te begheeren, by daeghe oft by nachte, heymelyck noch te openbaer, op de straeten, in de kercken, nocht in oft voor de husen van de goede lieden, in wat manieren dat het zy: op de pene indien jemandt, die contrarie dede, voor d'eerste reyse ghevanghen te worden ende gestelt tot water ende broodt tot discretie van onsen Officieren, Rechteren ende Wethouders, oft andere persoonen, die last hebben zullen van deser onser ordinantie in der plecken, daer 't selve gebeuren zoude: voor de tweede reyse van gestraft ende gecorrigeert te worden ter discretie als voren. Uytgenomen ende hier af ghereserveert den Religieusen mendicanten; de ghevanghenen, de lazarussen ende melaetschen, de welke om aelmoessen zullen moghen bidden, zoo sy ghewoonelyck zyn, hebbende de voorseide Lazarussen haere hoet, handtschoenen, mantels ende andere teeckenen, zoo dat behoort.* Princeps prohibet mendicare.

CARO-

Anno 1540.

CAROLUS autem, ut Edictum hoc executioni mandari posset, nec tamen veris pauperibus invalidis & infirmis necessaria deessent, multa in eodem disposuit, atque inter alia Articulo 15. hæc: *Ende om te subvenieren den armen siecken ende andere niet machtigh wesende haer broedt te winnen, noch anders hebbende om op te levene, die bevonden zullen worden woonende in elcke stadt ofte dorp in onsen landen; ordineren Wy, dat van allen charitaten, tafel van huys-armen, Gast-huysen, Broederschappen, ende andere hebbende obyten ende distributien van provenen ende aelmoessen, gemaeckt zal worden een ghemeene borsse, om den armen daer af distributie te doene, by advys van den meesters ende gouverneurs van den voorschreven tafelen van den armen, van den Gast-huysen ende broederschappen, metsgaders van den ghenen, die de Officieren ende Wethouders in elck Stadt, Parochie ofte Dorp zullen willen deputeren ende committeren tot voorderinghe van de charitate, in der manieren hier na verclaert. Behoudelicken, dat de aelmoessen gefundeert voor geestelicke persoonen, als Mendicanten ende anderen, ghedistribueert zullen worden na die ordinantie van den fundateuren*: Vide van Espen *Jur. Eccl. Tom. I. p. II. Tit.* 37. *Cap* 5.

Statuitur modus eis providendi.

Senatus Antverpiensis in conformitate hujus Decreti jam pluries prohibuerat mendicis mendicare in Ecclesiis, monasteriis, plateis aut alibi. Ut autem intentum Principis ad optatum finem perduceret, dedit hoc anno 1540. sequens decretum, quod subjungo ex copia authentica seu transcripto Notariali.

Senatus Antv. Prohibet mendicare.

ALLEN den ghenen, die dese letteren selen sien oft horen lesen Borgemeesteren, Schepenen *ende* Raede *der Stadt van Antwerpen saluyt.*

Decretum Senatûs Antv. desuper.

Doen

Doen te wetene ende certificeren voor de gerechte waerheyt, alsoo onsen aldergenaedighsten Heere den KEYSER voortyts belieft heeft onder d'andere te statuerene ende te bevelene, dat de Officieren ende Wethouderen van allen Steden ende Plecken soude maken (elck in't sijne) eene Borse, om te vergaderen ende colligeren allen de aelmoessen van wat soorte die sijn, om die penningen te distribuerene den armen menschen by den gecommitteerden daer toe gedeputeert, naer uytwysen der Placaten, daer af voormaels gepubliceert sijnde; ende ook den publicatien ende ordinantien albier daer oppe (openbaerlyck te puyen aff) te meer stonden gedaen, by den welken den armen menschen belast ende bevolen is in den Kerken, Cloosters, op ter straeten noch elders niet meer te mogen mendiceren; ende ten eynde dat (navolgende de voorsz. bevelen ons genaedighs Heeren ende de ordinantien deser Stadt) de Aelmoesseniers albier (die den last van den armen menschen principalyck hebbende syn) de arme miserabele persoonen van deser Stadt te badt souden mogen onderhouden, alimenteren ende van eten, van drincken, cleederen, reeden, berningen, bedden, lynwaet ende van allen anderen dingen, hun van noode sijnde; provideren; ook de Vondelingen, Ambachts-kinderen ende andere te beter sustenteren ende opbrengen. Soo is (naer rype voorgaende deliberatie daer op gehadt ende genomen) by ons gestatueert ende geordonneert; statueren ende ordonneren mits desen: Anno 1540.

In den eersten dat, navolgende de voorschreven bevelen ons genadichs Heeren des Keysers, *alle de gefondeerde Aelmoessen binnen dese Stadt ende Vryheyt; als van Heylig-geesten, Goidshuysen, arme vergaderingen ende diergelyken, te wetene sint Juliaens Gasthuys, der Vrouwen*

Anno 1540. *Gasthuys*, (vulgò Vrouwkens huys) *by de Derdordenen, ende alle anderen onder de Heyliggeesten resorterende, ende daer aff de Heyliggeest-meesters alleene de geheele commissie ende dispositie gehadt hebben, sullen worden te samen geunieert, eene Borse daer af gemaekt, ende in eene masse gebrocht, tot sustentatie van den armen menschen van deser Stadt, waer af de Aelmoesseniers alhier (by tyde dienende) hebben sullen de geheele commissie ende administratien; behondelyck dat die selve Aelmoesseniers egeen gesach hebben en sullen in de Bussen, Capellen of Aelmoessen van den Ambachten van deser Stadt; maer sullen allen de Ambachten alhier d'arme van hennen Ambachten in de Capellen oft metter Bussen ende andersints blyven alimenteren navolgende der ouder constuymen.*

Des t'oirconden hebben wy den segel ter saken der voorschreven Stadt van Antwerpen dese letteren doen aenhangen des maendaeghs vyfthien dagen in november, in't Jaer ons Heeren als men screef duysent vyf hondert ende viertigh.

Papebrochius *Annal. Mss.* hujus decreti mentionem facit ex Pensionario Nys, qui illud indicat relatum in 2. Vol. Priv. Civitatis fol. 189. addens, iisdem quoque Eleemosinariis indultum, ut minores quosque census redimi patiantur, & pretium inde exurgens impendant emendis redditibus aliis secundùm decretum civitatis, confirmatum etiam anno 1553. auctoritate Julii PP. III.

[Me]nsæ S. [Spiri]tûs à sub[alter]nis Paro[chiis] translatæ. Decretum hoc eum effectum habuit, quod mensæ S. Spiritûs è subalternis Parochiis translatæ sint ad Ecclesiam matricem, & positæ sub directione Eleemosinariorum. Fundationes autem ad illas factæ non sunt hactenùs redactæ in communem massam seu Bursam, prout

exigebat

exigebat decretum ; sed illæ in Parochiis, ad quarum mensam datæ erant, singulis Dominicis publicè per Eleëmosynarios distribuuntur juxtà intentionem fundatorum. Anno 1540.

Hospitale S. Juliani positum sub Eleëmosynariis.

Hospitale S. Juliani, quod, ut supra vidimus fundatum fuerat circà annum 1305. pro hospitandis peregrinis, & cujus originales provisores erant Abbas S. Michaëlis ; Plebanus B. M. & unus Scabinus ; occasione hujus decreti venit ad directionem Eleëmosynariorum ; sed non nisi post multas & longas difficultates & lites.

Item Hospitale dictum *het Vrouwkens-huys*

Hospitale autem feminarum ; de quo in relatis Litteris fit mentio, situm erat circiter, ubi nunc sita est domus Puellarum *het Maegden-Huys* ; per cujus erectionem verosimiliter incorporatus est fundus illius : & ea occasione fundatio dicti hospitalis translata est ad domum ex adverso sitam in angulo plateæ dictæ *de Boog-keersse* ; ubi substitit usque ad initium hujus seculi sub nomine *het Vrouwkens-huys*, ut latiùs dicetur infra ad annum 1564. ; ubi agetur de ejus translatione. Verùm origo hujus fundationis nescitur : scitur tamen fundatum fuisse pro hospitandis feminis peregrinis, sicut hospitale S. Juliani pro hospitandis viris. Hinc verosimile, quod etiam aliquando vulgò *S. Juliani* titulum tulerit ; & quod hoc sit illud hospitale, cui supra ad an. 1504. vidimus relictum legatum sub titulo *Hospitale S. Juliani prope portam S. Georgii* ; ad distinctionem hospitalis S. Juliani prope portam S. Joannis.

Gerontocomia sub Eleëmosynariis.

Quantùm ad Gerontocomia & alias pias domus ; dictas *Goedshuysen* ; nescitur, quæ occasione hujus decreti venerint ad directionem Eleëmosynariorum. Si autem pauca excipias, nempè *septem Dolorum*, quod est sub directio-

Anno 1540. ne Capituli B. M., *S. Barbaræ*, quod est sub directione Prioris Bogardorum & Patris Alexianorum, & paucis aliis, quæ sunt sub directione familiarum fundatorum, omnia sunt sub eorum directione: at hactenùs, quod exigebat decretum, inde facta non est una massa seu Bursa; sed unaquæque domus retinet sua bona & reditus, è quibus juxtà intentionem fundatorum aluntur, qui eam inhabitant.

Cæterùm cum decretum Senatûs quoad colligendas omnes pias fundationes & eleëmosynas in unam massam seu Bursam, effectu caruerit; credendum est, decreta ejusdem, quibus pauperibus inhibitum fuerat mendicare, diu effectum non habuisse.

Carthusiani Civitati vendunt Dominium de Kiele.

Carthusiani nostri, commorantes in suburbii parte meridionali ad Schaldim in vico dicto *het Kiel*, possederant ab anno 1413. Dominium temporale illius vici, possedebantque illud hucusque cum alta, media & infima justitia. Cum autem jus illud minimè quadraret statui Religionis, & aliâ fortè necessitate aut penuriâ compulsi, integrum illud Dominium vendiderunt communitati Antverpiensi; Litteræ scabinales desuper confectæ sunt die 20. novembris 1540. Refert illas Baro Le Roy *Not. March.* *pag.* 83., quas licet mutilas inde subjungo.

WY Cornelis van Spangen *Riddere ende* Wouter van Immerseele *Schepenen der Stadt van Antwerpen maecken cont, dat voor ons quamen broeder* Hendrick de Bruyne *Prior ende broeder* Simon van Roye *Procurator des Godtshuys van* S. Cathlynen *buyten deser stadt gestaen der Orderen van de* Chartroisen *voor hen selven ende in de naeme ende als volcomentlyck gemachticht van de gemeyne conventualen des selfs &c. mitsgaders den voorgaenden consente van*

van den eerw. Vaedere in Gode Heere Peeteren Anno
van Leyen *heuren Overſten ende* Generael , *ende* 1540.
der voorgaender diffinitien ende advyſe van den gemeynen generalen Capittele *den* 26. *dagh van Aprille leſtleden gehouden in Savoijen, henlieden gemachticht hebbende ende gegeven volcommen macht, auctoriteyt ende ſonderlinge bevel, abſoluyt ende onwederoepelijck, omme t'ghene des naer beſcreven is te doene; breedere blyckende by eene procuratie geſchreven in franſijne, beſegelt metten gemeynen convents ſegele des voorſchreven. Godtshuys, ende oock by den voornoemden* Prior, Procurator *ende gemeynen* Conventualen, *onderteeckent, van der daten des eerſtens daeghs van october leſtleden, die wy ſagen ende hoorden leſen.*

Ende hekenden voor hun ende voor hunne naercommers, mits der ſomme van duyſent Carolus guldens eens tot 40. *grooten vlems 't ſtuck, die de* Rentmeeſteren *deſer ſtadt, naementlijck* Michiel van der Heyden, Aert van Daele *ende* Willem de Molenere *henlieder van der ſelver ſtadt wegen in getelde penningen, den leſten met den eerſten, deughdelijck uytgereyckt hebben ende die by hen voorts ſijn bekeert ende beleyt in den notelijcke ſchulden ende laſten des voorſeyden Godtshuys: ende oock mits den toeſegghen, beloften ende willecoren hen van der ſelver ſtadt wegen, als nageſeyt is, gedaen.*

Dat ſy wel ende wettelijck vercocht, geccedeert ende getranſporteert hebben, vercochten, cedeerden, gaven over ende tranſporteerden by deſen, gelijck ſy uyt crachte van der voorſeyden procuratien, conſente diffinitive ende advyſe doen mochten, den voorſeyden Rentmeeſteren, die oock mede voor ons quamen, ende by raede ende advyſe van myn Heeren Borgermeeſteren, Schepenen *ende* Raede *deſer ſtadt, deſer vercoop,*

 over-

Anno 1540. *overgevinge ende transport tot behoef van der selven stadt, accepteerden ende ontfingen des voorseyden Godtshuys* Heerlyckheyt, *geheeten* de Heerlyckheyt van den Kiele *gelegen binnen de Vryheyt van deser stad, metten Heerlijcken Chynsen bedragen jaerlijcks noch in gelde, met sekere binnen ende hoenderen in gelde gereduceert, naer gemeyne estimatie, 't samen twee ponden sestien schellingen brabants ende* XXXVIII. *oft* XXXIX. *veertelen half havere half evene, metten* hoogen Gerichte, middele *ende* nedere, *met alrehande bedryve van* Meyere, Schepenen *ende* Laten *ende andersins.*

Ende voort met allen den Vryheden, exemptien ende toebehoorten, des eenichsins aen de selve Heerlijckheyt dependeren ende appenderen mach, gelijck ende in alle der manieren heure voorsaten die vercregen ende van oude tyden beseten ende gehadt hebben: Als wy verstonden &c.

Gegeven in't jaer ons Heeren, als men schreef duysent vyfhondert ende veertich, XX. *daegen in november. Ende] onder staet geteeckent aldus*

W. van der Ryt.

Ita litteras illas refert Le Roy, ex quibus patet Dominium istud venditum fuisse ad solvenda debita Monasterii, & quidem vili pretio; nisi promissiones senatûs, quas hic omisit Le Roy, pluris valuerint. Ex infrà dicendis ad annum 1543. patebit, senatum hâc occasione Carthusianis promisisse perpetuam protectionem.

1541. Anno 1541. 26. februarii stylo hodierno in hac civitate positus est primus lapis novæ curiæ seu domûs senatoriæ. Ita *Chron. MS.* quod ad an. 1560. idem notat. Quandonam autem completa steterit, non liquet. Interim anno 1576.

Ponitur primus lapis novæ Curiæ.

incendio

incendio devaſtata fuit per Hiſpanos milites ; Dein reſtaurata fuit & ad eam demùm rediit Senatus 19. novembris anno 1581. ſtatque hodiedum domus iſta , in qua ordines omnes Architecturæ obſervati ſunt ; & in ejus frontiſpicio tunc fabuloſus Brabo eminebat , nunc ſtatua B. Mariæ Patronæ civitatis. Anno 1541.

Hoc tempore & diu ante agitabantur difficultates & lites inter miniſtros , ſeu inter CAROLUM V. Imp. Principem noſtrum & Epiſcopum Leodienſem , ſuper juriſdictione exercenda per Leodienſem diœceſim in locis ſubjectis dominio dicti Imperatoris : ut autem difficultates illæ ceſſarent , Imperator nominavit Commiſſarios , qui cum Commiſſariis Epiſcopi Leodienſis convenirent & puncta diſputata deciderent. Commiſſarii illi Concordatum inierunt anno 1542. & Imperator illud confirmavit anno ſequenti. Concordatum illud refertur *Edic. Brab. Lib. I. tit. I. cap.* 8. Quia autem magna pars diœceſis Antverpienſis tunc erat ſub diœceſi Leodienſi , Concordatum illud nos concernit : unde illud contractum inde ſubjungo. Concordatum inter Imp & Epiſ. Leod. Concernens partim diœceſim Antv.

„CAROLUS divinâ favente clementiâ Rom. „Imp. ſemper auguſtus Rex Germaniæ . . . „Dux . . . Brabantiæ . . . Comes . . Namurci . . . „Marchio ſacri Imperii . . . Litteræ Principis deſuper

„Cum ſuperioribus annis inter Reverendiſſi„mos & chariſſimos noſtros Leodienſem Epiſ„copum eorumque Vicarios , Officiales , „promotores & alios Curiæ ſpiritualis Officia„les plurima & varia diſſidia adverſus dilectos „& fideles noſtros Cancellariæ noſtræ & patriæ „Brabantiæ patriæque Namurcenſis ; nec non „quorumdam aliarum patriarum , ratione pa„trimonii noſtri ad nos præſtantium (*fortè* ſpec„tantium) officiales & ſubditos exorta ſint,

 „quorum

Anno 1541. „ quorum occasione multæ lites controversiæ ac „ infiniti ferè processus, non absque magno „ utriusque Patriæ detrimento suscitati fuerint & „ adhuc longè plures verisimiliter exorituri formidarentur.

„ Nos incommodis, vexationibus ac fatigationibus hujusmodi ac aliis malis exinde „ forsitan proventuris occurrere cupientes, jam „ pridem quosdam Commissarios deputavimus „ cum Deputatis eorundem Reverendissimorum „ Episcoporum & insignis Ecclesiæ Leodiensis „ Commissariis & Deputatis communicaturos : „ qui in plerisque Diëtis & congregationibus ob „ rei difficultatem, differentiarum multitudinem & varietatem intellectuum sæpiùs re infectâ ab invicem separati sunt & recesserunt. Tandem post longam & frequentem „ inter se disputationem & discussionem, debitamque difficultatum examinationem præmissi „ utriusque partis Commissarii unanimi concordique voto in sequentes articulos consenserunt & concordârunt, quorum tenor sequitur „ & est talis.

Tenor conventionis longus nimis est, qui hìc inseratur. Subjungo tantùm titulos, super quibus conventio facta est, reliqua videri possunt loco supra citato.

„ Tit. I. De causis testamentariis seu ultimarum voluntatum ac dotalibus seu contractuum „ antenuptialium.

„ Tit. II. De causis matrimonialibus, Legitimationum & Divortiis.

„ Tit. III. De Jurisdictione & cognitione bonorum ecclesiast. admortizatorum & non admortizatorum.

„ Tit. IV. De possessoribus Beneficiorum & „ aliorum jurium spiritualium.

„ Tit.

„Tit. V. De actionibus personalibus civili- Anno
„bus, competentibus laïcis contrà personas ec- 1541.
„clesiasticas.

„Tit. VI. De actionibus competentibus contrà
„Clericos primæ Tonsuræ.

„Tit. VII. De actionibus ex delicto proce-
„dentibus, competentibus Clericis contra laï-
„cos.

„Tit. VIII. De Cessu & Interdicto.

„Tit. IX. Ubi laïci in criminalibus sunt con-
„veniendi....

„Isti Articuli non intelligentur præjudicare
„Concordatis locorum particulariorum cum eo-
„dem Reverendissimo priùs initis & obser-
„vatis.

„Verùm cum antedicti Commissarii nostri
„ex parte deputati, non nisi sub nostro be-
„neplacito in concordiam devenerint, sitque
„propterea nostrâ confirmatione & corrobora-
„tione opus; Notum facimus, quod... præ-
„habitâ deliberatione Nos omnes & singulos
„ante dictos articulos & concordiam antedic-
„tam approbamus, confirmamus & ratificamus,
„nosque nostrosque successores Brabantiæ Duces
„Namurci Comites & alios perpetuò observa-
„turos pollicemur, & in verbo Principis fi-
„deliter promittimus.... Datum Bruxellis die
„decimâ martii anno Domini millesimo quin-
„gentesimo & quadragesimo secundo...

„Lecta & publicata in camera Concilii Bra-
„bantiæ januis apertis 11. januarii 1543. ...

In festo SS. Trinitatis habita fuit ordinaria Processio S. Præputii, in qua sacrum Præputium gestavit Suffraganeus Cameracensis. Papebrochius *Annal. Mss.* refert honoraria eâ occasione oblata assistentibus ex Caukerkio, qui illa retulerat ex rationibus Civitatis. Hoc modo:

Honoraria data assistentibus Processioni S. Præputii.

„Præ-

Anno 1541. „Præbitum eſt honorarium vinum Suffraganeo „Epiſcopi Cameracenſis, qui ſacrum Præpu„tium geſtaverat, ad menſuram XII. cantha„rorum civitatis; diacono & ſubdiacono can„thar. IV., virgifero I., Prælato S. Bernardi „XXV., S. Michaëlis XII. geltæ, Provinciali „Carmelitarum XVIII. geltæ; Deinde verò „Provinciali Prædicatorum ejuſque Capitulo hìc „celebrando canthari XLIII.

Antonius Goinus. ANTONIUS GOINUS morenſis, Typographus Antverpienſis in compendium redegit Acta Colloquii in Comitiis Ratisponæ habiti, quod prelo excudit anno 1541.

Finitis comitiis Ratiſponenſibus CAROLUS V. Bellum in Belgio. Princeps noſter in Italiam tendit, inde cum Claſſe in Africam ſubacturus Algerium. Iter autem illud per varias tempeſtates tam infauſtum Harai Annal. Duc. Brab. fuit Cæſari, ut variis locis hoſtes ejus eum à piſcibus voratum jactitarent. Interim ſub finem novembris ſalvus in Hiſpaniam pervenit.

Cum autem per cladem illam Cæſaris vires 1542. notabiliter imminutæ crederentur, Rex Galliæ, Publicatur. ruptis induciis anni 1538., cum Rege Daniæ prætextu quodam ei bellum indixit, perque omnes Regni provincias publicari fecit. Idem apud Belgas fit 24. may 1542. Rex Galliæ altero exercitu Luxemburgum invaſurus incitat Guilielmum Cliviæ Juliæque Ducem, ut Brabantos invadat, nè Maria Auſtriaca domeſtico implicita bello Luxemburgiis ſuccurrere poſſet. Clivius coactis in unum 12000. peditum & 1500. equitum, eiſque junctis copiis è Francia Martinus Roſſemius. adductis MARTINUM ROSSEMIUM præfecit. Is per cauſam adducendæ è Francia Clivii ſponſæ tranſitum à Leodienſibus petivit, ſed non obtinuit. Antverpiani, re intellectâ, ſuamque urbem Francicam ſponſam eſſe, quam peteret

Roſſem

Rossemius, verentes, cohortes aliquot conscribunt, ac rusticis in Pelandia cum armis congregatis in auxilium mittunt, qui contrà Rossemianos illos, qui Mosam jam transierant, contendentes, eos denuò trans amnem ad Rossemium redire cogunt. Senatus nihilominòs Antverpianus Rossemio non fidens, necessaria ad urbis defensionem parat.

Anno 1542.

Intereà Rossemius juxtà Ravastainum copias omnes Mosam traducit. Brabantiam ingreditur. Et Senatus Antverpiensis fit certior, Rossemium hostilem in pagos declarasse voluntatem, pluraque loca diripuisse. Deinde nuntiatur eum Baerlam ac Hoogstratum contendisse, munitissimamque arcem in potestatem redegisse.

In Brabantiam venit versùs Antverpiam.

Intereà 24. julii Bredâ Antverpiam mittuntur quingenti equites & circiter tria millia peditum urbi præsidio futurorum. Quod, cum rescisset Rossemius, festinato gressu eos prævenit in Breschaete, ubi positis insidiis advenientes Bredanos cædit; ità ut Reinerus Nassavius eorum Dux cum paucis equitibus Antverpiam venerit. Mox sequitur Rossemius & castra locat in suburbio septentrionali dicto *den Dam* & campo Willibrordi retro Ecclesiam Parochialem illius nominis, quæ tunc extabat magis ad septentrionem.

Antverpiam obsidet.

Rossemius misso castrensi legato urbem Regi Franciæ ac Daniæ aperiri petit. Respondetur, Antverpianos præter Cæsarem CAROLUM nullum agnoscere Principem. Cumque Cæsarem à piscibus voratum diceret, reddunt, tertio die cum Jona revicturum. Postridie è Wasia mille ducenti feroces Flandri urbem intrant, qui armati ad necessaria loca custodienda distribuuntur.

Rossemius petit Civitatem Regi Franciæ.

Eo die, ut indicat *Servilius*, cives jactis globis ferreis multum detrimentum intulerunt paro-

Devastantur incendio monasterium &c In suburbio

Anno 1542. parochiali Ecclesiæ S. Willibrordi, retrò quam sedebant Rossemiani. Eodem die Cives justâ manu egressi, quidquid juxtà urbem erat ædium ac sacrorum locorum, magno dominorum dolore, igne injecto exussêre, nè hosti ad obsidionem ac locandas insidias usui essent. Ita *Haræus*. Inter sacra loca hoc die in suburbio destructa erant Carthusia in *Kiel* & propinquum illi Begginagium cum Monasterio vallis S. Margaretæ monialium victorinarum, vulgò *Ter-nonnen*. An autem Leprosarium *Ter Zieken*, quod paulò longiùs à mœniis distabat, hoc etiam die incendio vastatum sit, non liquet.

Proditores detecti & puniti. Eodem die 26. julii apprehensi sunt duo proditores emissi per Rossemium, qui, cum in variis civitatis partibus intenderent excitare incendium, quominùs hauriretur aqua ad ignem extinguendum, magnas cistas & alia in puteos injecerant, aut aliàs inutiles reddiderant, & simul in pluribus domibus & caveis ignem injecerant. Illi autem patibulo in foro appensi sunt & capite abscisso in quartas corpora divisa, & capita & partes super portis civitatis exposita: Ita *Chron. Ms.* Hanc executionem factam fuisse 29. julii post discessum Rossemii refert *Antw. Chron. pag.* 42.

Discedit Rossemius omnia vastans. Dum Rossemius insidias inflammandæ urbis non successisse videret, 27. julii, tertio postquam venisset die, summo manè castra movet, cum incendisset omnes molas in campo Willibrordiano, cum pago Merxem, Damno, Borgerhout, & omnibus mercatorum & nobilium hortis, & tendit Liram, indè Mechliniam, dein Lovanium; sed ubique repulsam passus per Gallo-Brabantiam ad Luxemburgios transit, omnia in itinere loca & monasteria vastans aut pecuniâ mulctans; quò cum per-

venisset, in Geldriam Cliviamque dimissus est. Anno 1542.

Occasione hujus devastationis *Cornelius Graphæus* S. P. Q. A. à secretis scripsit & vulgavit anno 1543. in 4°.: *Querela proditi Christi per novos hujus temporis Ischariotas Turco-christianos.* Item *Paraphrasis Psalmi CXXIII. in turpissimum scelestissimi prædonis Martini à Rosshem Geldro-Galli* eodem anno in 12. Scripta hac Occasione.

Lævinus Torrentius, dein Epis. Antverpiensis scripsit *Elegiam* latinè de liberatione Lovanii ab obsidione & fugâ Martini Rossemii Antv. 1747. sine nomine Authoris. Ita D. Paquot *Memoires litt. Tom. II. pag.* 95.

Martinus Rossemius, sic dictus à vico Rossem in insula Bommel, anno sequenti devicto à Cæsare Clivio, Carolo V. sacramentum dixit; eique deinceps militavit; donec anno 1555. ad Carlomontem peste obiit, ut asserit *Haræus*. Author libri *Delices du Pais-bas Tom. III. pag.* 380. dicit, eum illo anno sic Antverpiæ obiisse. Dein militat Cæsari & moritur peste.

Joannes Servilius vulgò Knaep Wiertanus Diœcesis Leodiensis, qui hoc tempore Antverpiæ florebat, familiaris ac cliens Ladislai de Ursele, descripsit dictam *Geldro-Gallicam conjurationem duce Martino Rossemio*, eamque hoc ipso anno 1542. in 8. vulgavit Antv. typis Ant. Dunæi. Extat Tom. III. Scrip. rerum Germ. quos anno 1717. vulgavit B. G. Struvius. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 728. ubi plura alia à Servilio edita referuntur. Joannes Servilius.

Damna illata pauco tempore, quo Rossemius in suburbio Antverpiensi stetit, non pauco tempore, nec facilè restitui potuêre. Moniales Leprosarii *Ter Zieken*; & moniales vallis S. Annæ in *Luythagen* monasteria sua restaurârunt, Ter Zieken & Luythagen restaurant sua monasteria.

&

Anno 1542.

& in eis habitare perseverârunt, hæ usque ad annum circiter 1620.; illæ usque ad annum 1578., dum in civitatem confugerunt intrà muros, ubi utræque usque in hodiernum diem perseverant.

Prohibentur ædificia circà muros restitui.

Quia autem Imperator inhibuerat, sacra prophanaque ædificia juxta mœnia sita reædificare, nè fortificationi civitatis, quæ brevì novis propugnaculis & muris firmanda erat, obessent, Carthusiani, Begginæ & Victorinæ domus suas non reædificârunt, imo funditùs eversæ sunt.

Victorinæ translatæ in Civitatem.

Moniales quidem S. Victoris seu *Ter-nonnen*, quarum monasterium, ut notant Registra loci, etiam 26. julii, de mandato civitatis, exustum erat, ipso hoc anno civitatem ingressæ, ibidem admissæ sunt; ipsisque pro Ecclesia concessa est Capella JESUS cum fundo adjacente magnitudinis viginti virgarum. Ita eadem Registra. Alii eas demùm admissas scribunt anno 1544. Juxtà dictam Capellam & verosimiliter in dicto fundo anno 1513., ut suprà relatum est, fundatum erat per *Willelmum van Liere* Gerontocomium pro quinque vetulis: in favorem autem harum monialium, Gerontocomium illud translatum est, & vetulis extructæ sunt quinque domunculæ sub turri D. Jacobi. Hunc itaque fundum cum domunculis superpositis cœperunt sibi aptare, & successu temporis, acquisitis circumvicinis domibus, formam monasterii utcumque indiderunt; in quo, adjectis quibusdam ædificiis, usque in hodiernum diem in religiosa observantia degunt.

Item Begginæ.

Begginæ etiam admissæ sunt intrà muros cum potestate erigendi novam Curtem. Obtinuerunt autem fundum aptum juxtà mœnia inter portam rubram & kipdorpianam, ubi hodieque degunt in Begginagio ædificato in forma ovali

cum splendido templo in medio, quod anno 1546 consecratum fuit per *Martinum Cuperum* Calcedonensem Episcopum suffraganeum Cameracensem, ut asserit Papebrochius ad dictum annum. Anno 1542.

Carthusiani autem recurrunt ad Senatum Antverpiensem supplicantes, quatenùs dignetur concedere locum in ipsa civitate, & sibi adjumento esse in construendo inibi novo monasterio; cum à duobus annis in emptione Dominii de *Kiele* promisisset Fratribus perpetuam protectionem. Responsum autem illis fuit ex parte Senatûs, id, quia contrarium Læto Ingressui, in sua non esse potestate.

Carthusiani petunt admitti in civitatem.

Hinc Carthusiani recurrunt ad Gubernatricem Belgii, eique libellum supplicem exhibent, per quem rogant, ut sibi concedatur licentia ad acquirendum in aliqua civitate, Cæsareæ Majestati subjectâ, locum aptum ad erigendum in eo novum sui ordinis monasterium, & ad eò transmigrandum cum suis bonis & privilegiis. Gubernatrix autem hoc eis benignè concessit, eà tamen conditione, ut locum determinatè designent.

Obtentâ autem hâc generali licentiâ iterum Senatui Antverpiensi offerunt libellum supplicem, in quo exhibent, quod sibi à quinque aut sex civitatibus offeratur locus cum pluribus privilegiis & libertatibus ab oneribus; quod tamen hinc nolint descedere sine consensu civitatis. Quare iterum supplicant, quatenùs Senatus ipsis concedere dignetur aptum fundum in civitate, sub qua jam ultrà duo secula degerant, (attento quod propter caritatem fundorum, si emerent, solvendo non essent) & auxilio esse ad erigendum novum Conventum. Alioquin dignetur dare ad hanc supplicam favens responsum, cum recompensatione damni illati 1543.

Petunt vel locum vel consensum in transmigrationem.

Anno 1543. in devastatione monasterii; ut tunc Gubernatrici significent civitatem, in qua desiderant erigere novum Conventum.

Senatus consentit in transmigrationem. Senatus autem, cui animus non erat, Carthusianis sumptibus suis procurare locum in civitate, ad Supplicam respondens consensit in transmigrationem, & libertatem eis concessit, nominandi Gubernatrici civitatem quamcumque ad extruendum sibi novum monasterium. Quantum ad recompensationem damnorum illatorum in destructione monasterii, promittit, quod, post obtentum in alia civitate locum; & obtentam determinatam licentiam inibi construendi Cœnobii, tractabit cum Fratribus ad plenam satisfactionem. Constant hæc ex libello supplici; quem dicti Carthusiani obtulerunt Senatui mense Januarii anno 1543. stylo hodierno, & ad quem Senatus respondit 9. ejusdem mensis. Libellum illum cum responsione subjungo ex veteri manuscripto.

Libellus supplex desuper oblatus. *AEN MYN eerwerdighe Heeren* Borgemeesteren *ende* Schepenen *der Stad van Antwerpen.*

Thoonen ende gheven te kennen met droefheyt van herten uwe oytmoedige, onderdanige ende goetwillighe, (die u Eerw. heeft, door coopen van der Heerlyckheyt *met den theysen van* den Kiele, *belooft ten eeuwighen daeghen te beschermen)* Pater, Procurator *ende het gemeyne* Convent *van den verstroyden* Carthrosen *wylen buyten Antwerpen, hoe dat, naer sy vuyt haer Convent sijn vuytgejaeght ende verstroyt geweest ende nae haerConvent is afgebrant tot fortificatie, soo men seght, van deser Stadt, ende geordonneert is geweest te raseren, hebben by supplicatie van* U Eerw. *gesuppliceert, dat men hur soude gunnen een plaetse in deser Stadt: want haer Convent met schoone privilegien;*

Savegaar-

Saveguarden gedoteert geweest is van diversche Anno
Princen, ende geapprobeert by den alder-edelsten 1543.
K. M. nu wesende, ende behulpigh wesende omme een ander Convent te maecken ende te erigeren ter eeren Godts ende tot meerderinghe van sijnen dienst. Meer dan de suppliantem verbalycken is geantwoort geweest van U Eerw. Heeren wegen, dat inne uwen magte niet en was, want teghen de blyde incomste was &c.

Soo hebben de voorgenoemde suppliantem sekere Requeste overgegeven onser genaedigher Coninginne Gouvernersse *ende* Regente *van deser Lande, ende oytmoedelyck gebeden, dat haer soude gelieven hen suppliantem te ghunnen, omme te mogen crygen in eeniger Stadt der K. M. een bequaeme plaetse, om te mogen erigeren een nieuw Godtshuys van der selver Ordre, ende hen daer transporteren met saken, goeden ende privilegien: welcke haer genaedigheyt heeft geliest te accorderen; dyes moeten sy suppliantem die plaetse specificeren &c.*

Ende al is de selve suppliantem van vyff oft ses steden geoffert met diversche libertyten van axise ende andere lasten &c. nochtans Eerw. *ende* edele Heeren *en begeeren de voorsz. suppliantem van hier niet te scheyden, alsoo verre alst uwe eerweerdigheyt believen wille.*

Biddende daeromme oytmoedelijck, dattet U. Eerw. *believen wille, hen suppliantem te resigneren ende gunnen in dese Stadt (daer sy meer dan twee hondert jaer onder geschuylt hebben) een bequaeme plaetse (want sy in hen suppliante macht niet en is erve te coopen, aengesien dat die erve hier dier is) ende behulpich wesen wilt een ander Convent te maecken, om daer Godt by dach ende nacht te bidden ende dienen.*

Anno 1543. *Indien dattet* U Eerw. *niet en belieft ; dat uwe* Eerw. *ende* edelheyt *hen suppliamen gelieven wille een goede antwoorde ende apostille op dese oytmoedighe ende rationabele bede geven , met recompensatie , op dat sy als dan specificeren de stadt , daer sy supplianten begeert te syn , om een nieuw Convent te maecken , ende te beghinnen naer vuytwysen van hunder annotatie in de Requeste de genaedigher* Coninghinne *geëxibeert. Dit doende &c.*

Responsum Senatûs. Apostilla. *Is by myne Heeren* Borgermeesteren *ende Schepenen deser stadt geappoincteert , dat dese supplianten selen haer versueck moghen vervolghen te hove, aldaer sy begonst hebben ; ende dat doende specificeren de plaetse , daer sy begheren te sijn : ende dat gedaen sullen de* Wethouderen *alhier als dan soo doen ende met hen tracteren , dat sy goede redene hebben sullen van hen te contenteren. Actum nona januarii anno* 1542. *stilo brabantiæ.* Id est stylo hodierno 1543.

Transmigrant Liram. Carthusiani post hoc responsum delegerunt civitatem Lirensem , ab eaque oblatos fundum & libertates acceptantes eam Gubernatrici designârunt ; à qua cum , ad construendum inibi novum cœnobium , licentiam obtinuissent , eò transmigrârunt anno postquam in suburbio Antverpiensi fundati erant ducentesimo vigesimo & ibidem usque in hodiernam diem in amplo & splendido Conventu prosperè & piè degunt. Conventûs autem illius primus lapis positus est 23. augusti hujus anni per *Henricum de Bruyne* , qui fuit ultimus Prior Antverpiæ & primus Liræ. Quam autem compensationem damnorum dein à Senatu Antverpiensi obtinuerint , non liquet.

Hospitale Nic. van Stylen transfertur intrà muros. Hospitale seu Gerontocomium , quod , ut suprà vidimus , *Nicolaus van Stylen* anno 1518.

1518. pro sex mulieribus fundaverat extrà muros, etiam hâc occasione devastatum, intrà muros hoc anno transferri cœpit curâ ADRIANI *Nicolai* nepotis; qui areolam, novo extruendo mulieribus istis domicilio, emit viâ de *Hof-straet*, in qua Joannes fratresque domum fabricârunt. Scriban. *Orig. Antv. pag.* 117. Anno 1543.

Quantùm ad Parochialem Ecclesiam S. Willibrordi, asserit Auctor *Chor. S. Willibr. apud Sanderum* eam hâc occasione à Rossemianis dejectam fuisse. Verùm *Antw. Chron. pag.* 42. refert, Ecclesiam istam, quam dicit sitam fuisse juxta locum dictum *den Pothoek*, dejectam fuisse post decessum Rossemii, idque ideo quòd retrò illam se munivissent Rossemiani; insuper & materialia illius applicata fuisse ad erigendum novum propugnaculum ad portam rubram tempore Burgimagistri *Joan. Crombach*, qui demùm anno 1544. munus illud obivit. Verùm indubiè dejecta fuit, quia propinqua nimis esset muris civitatis, & quòd Imperator, ut suprà dixi, nulla in vicinia murorum vellet ædificia. Interim hoc anno, ut asserit Auctor *Chor.* ædificari cœpit nova Ecclesia, magis versùs meridiem & longius à muris, & fortè antequam prior dejecta esset. *Chron.* quoddam *Ms.* differt id ad annum sequentem, quando 15. julii primum lapidem positum fuisse dicit per *Nicolaum Arnbouts* hortulanum quondam magistrum fabricæ.

Ecclesia nova S. Willibrordi ædificatur.

Anno autem demùm 1545. completa refertur, consecrata per *Martinum Cuperum* Carmelitam S. T. D. qui, cùm sextus Conventûs Antverpiensis Prior fuisset & Provincialis, factus erat Abbas S. Crispini tertio à Valencenis lapide & Episcopus Calcedonensis ac Suffraganeus Cameracensis. Sic itaque omnia pia loca, occasione dictæ Geldro-Gallicæ expeditionis, exusta &

Et consecratur per Martinum Cuperum Episc.

Anno 1543. diruta, satis brevì in decentem statum restituta fuerunt.

Dilatatio Civitatis

Huic anno communiter adscribitur munitio & dilatatio civitatis. Portæ S. Georgii & Kypdorpiana dejectæ & novæ artificiosiores & firmiores erectæ; mœnia novis propugnaculis & muris firmata; à Porta rubra ad Scaldim novis mœnibus erectis magna pars civitati incorporata est, quæ usque in hodiernum diem nova civitas vocatur *de Nieuw-stadt*. In illa autem civitatis parte hactenùs nullus habetur locus sacer, nisi quod in domo, in qua recluduntur moribus emendandi, *het Tucht-huys*, habeatur Capella domestica.

Infirmaria in Clapdorp transfertur.

Cum propter indies crescentem incolarum numerum & inde causatam caritatem locorum decreta esset dicta dilatatio civitatis, credendum est, propter eamdem causam hoc anno translatam fuisse perantiquam *Infirmariam* in Clapdorp, ut nempè mercatoribus commodiora loca in medio civitatis procurarentur. Steterat Infirmaria ista in dicto vico, in loco propè ingressum plateæ, quæ ducit ad Dominicanas ante annum 1300., ut supra vidimus, habebatque Capellam propriam cum pluribus in ea altaribus: ista autem domus sic destructa est, ut nè vestigium illius hodiè appareat. Translata autem est hoc anno ad plateam dictam *de Roy-straet*, cujus latus orientale occupat Begginagium, quod hoc tempore ibidem erigebatur, & locata est in latere occidentali, ubi adhuc hodie in ea sub curâ Eleëmosinariorum aluntur octo vetulæ cum ancilla; habetque Capellam dicatam *S. Blasio*, qui ibidem cum magno populi concursu colitur. Capella autem ista consecrata fuit per prædictum *Martinum Cuperum* Epis. anno 1546., ut asserit Papebrochius *Annal. Mss.* ad eum annum.

Circa

Circa hæc tempora FRANCISCUS DE ENZENAS Hiſpanus natus Burgis in veteri Caſtilla, cum per octo annos Wittenbergæ fuiſſet diſcipulus famoſi Melanctonis & ab eo imbutus Lutheraniſmo, venit Antverpiam, ubi habebat conſanguineos opulentos mercatores: & ibidem prelo dedit à ſe hiſpanicè verſum *Novum Teſtamentum*, cum dedicatione Cæſareæ Majeſtati, typis Mierdmanni 8°. Completa impreſſione hoc anno 1543. exemplar detulit Bruxellas requirens Principis protectionem, quam ei promiſit modo nihil ſuſpecti in libro reperiretur. Examinato libro Auctor captus fuit & carceri mancipatus ac negotium ejus ſeriò agitatum: ſed poſt quindecim menſes feliciter pro ſe evaſit & fugit. Vide D. Paquot *Mem. litt. XV. pag.* 197. & *ſeqq.*

Anno 1543. Franc. de Enzenas Luth.

CAROLUS V. Princeps noſter, qui ſemper invigilabat in hæreticos, tum ut catholicam fidem illibatam ſervaret, tum ut præveniret ſeditiones per eos introducendas, animadvertens à nonnullis revocari in dubium, num beneficia obtinentes & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, ſeculares & regulares, in cauſis Inquiſitionis hæreticæ pravitatis in Regnis & Dominiis ſibi ſubjectis teſtimonium veritatis perhibere, ac de crimine hæreſis hujuſmodi alios accuſare, ex quo mors forſan inde ſequeretur, abſque irregularitatis ſeu pœnæ eccleſiaſticæ incurſu, poſſent ſede apoſtolicâ deſuper inconſultâ; recurrit ad S. Sedem ſupplicans, quatenùs Pontifex deſuper providere dignaretur.

CAROLUS V. petit ut eccleſiaſtici liberè teſtimonium dent in cauſa Inquiſitionis.

PAULUS PP. III. his precibus motus declaravit omnes Eccleſiaſticos in caſu poſſe teſtimonium ferre & accuſare coram Inquiſitoribus & aliis competentibus judicibus abſque incurſione ullius pœnæ eccleſiaſticæ; idque per Bullam ad Prin-

1544. Obtinet à pontifice.

Anno 1544. cipem nostrum datam 12. martii 1544. quæ refertur *Dipl. Belg. Tom. III. P. I. cap.* 233.

Hinc colligere possumus Inquisitionem etiam in his Regionibus hoc tempore in usu fuisse, si non Pontificalem saltem Episcopalem: nisi fortè dicatur, privilegium illud petitum fuisse etiam, ut ecclesiastici possent testimonium dare coram Judicibus secularibus, qui etiam quodam sensu Inquisitores dici poterant, cum juxtà Edicta inquirerent in seditiosos hæreticos, eosque punirent.

Detecta perniciosa secta Antverpiæ.

Anno 1544. detecta fuit hìc nova & perniciosa secta, indicant id *Antwerps Chron. pag.* 44. & Chronicum quoddam Ms. Auctor seu antesignanus hujus sectæ erat quidam *Eligius Schalidecker*, qui reliquos seduxerat. An autem *Schalidecker* fuerit nomen familiæ an opificii, quod exercuerat, non liquet. Interim verosimilè est fuisse nomen opificii, quia hoc tempore ex similis sortis hominibus videbantur continuò plures se erigere in Doctores.

Auctor Eligius Schalidecker.

Scribit desuper Lutherus ad Anverpienses.

Chronica autem ista notant *Eligium* illum anteà sæpe fuisse punitum. Nos suprà ad annum 1526. eum semel hic punitum vidimus. Notant insuper, quod Lutherus occasione illius scripserit epistolam ad civitatem Antverpiensem, in qua monet, ut unusquisque vitet *Eligium* illum, eo quod coluber esset inter anguillas. Epistola autem illa inter impressa Lutheri opera non refertur, nec etiam illius mentionem facit *Seckendorf*: unde nescimus, quid ultrà continuerit.

Qualis fuerit secta.

Non indicant autem Chronica ista qualitatem hujus Sectæ; tantùm dicunt fuisse perniciosam. Fortè *Eligius* noster erat ex asseclis *Davidis Joris*, qui tamquam anabaptista in Hollandia

fuera

fuerat virgis cæſus & per manus tortoris habuerat linguam perforatam ; & ſic dein expulſus fuerat, ut publico edicto indiceretur, quod quicumque eum in domum ſuam reperiretur recepiſſe, in porta domûs ſuæ ſuſpenderetur ; & quicumque eum traderet, haberet præmium centum florenorum. Anno 1544.

Hic *David*, cum inviſum ſe reddidiſſet anabaptiſtis, factus eſt hæreſiarcha & novam doctrinam adinvenit. Hoc verò anno, cum alibi in tuto non eſſet, deceſſit Baſileam, ubi deinceps quietè tamquam Lutheranus vivens, cum aſſeclis communicationem habebat per epiſtolas. Docebat autem ille, qui ſe & meſſiam & Spiritum ſanctum prædicabat, polygamiam licitam eſſe, & cum adamitis matrimonium ſpernebat, aliaque ſimiliter abſurda inter ſuos divulgabat. Fortè, inquam, *Eligius* noſter ex aſſeclis fuit illius *Davidis* divulgans hìc infames ejus errores.

Verùm Papeb. *Annal. Mss.* non credit *Davidem* quid commune habuiſſe cum *Eligio* ; quia, inquit, Emanuel de Meteren apud Caukerkium, ex Hiſtoria ejus (ut ait) Antverpiæ correcta per Ordinarium, alia planè referens de *Eligio* ad annum præcedentem, aſſerit, „Quod reſurrectura corpora noſtra negaret, & „diceret carnem humanam putreſcere & hoc „eſſe quod *infernum* dicimus ; animas verò, „utpotè impeccabiles, ad Deum, undè pro„fectæ ſint, reverti Hìc comprehenſus & „interrogatus, cum vacillaret in ſuis errori„bus, tandemque eoſdem ſupplicii metu re„tractaret, dimiſſus eſt cum tabella ad col„lum, undè hæreticus cognoſceretur. Verùm, „ut erat verſipillis hypocrita, talem conver„ſionem ſimilavit, quâ mereri videbatur ab„ſolvi à nota ea circumferenda ; atque ad Lu- Eligii errores

 therum

Anno 1544. „ therum & Melanchtonem in Germaniam con-
„ fugit, à quibus nihilominus detectus suprà-
„ dictam hæresim spargere, & à Luthero per
„ convitium dictus dœmonem circumferre,
„ eorumdem litteris apud Antverpienses, ad
„ quos redierat, ipsum denuntiantibus, de-
„ nuò apprehensus & ad rogum est condemna-
„ tus: Ita *Papeb.*

Plures capti, plures fugiunt.

Interim quidquid sit, hoc certum habemus, Sectam istam fuisse perniciosam.

Senatus autem, qui juxtà voluntatem Principis in omnes invigilabat hæreticos, simul ac secta hæc detecta esset, eam mox conatus est extirpare, & brevi extirpavit. Mensis octobris die 9. plures cepit & carceri mancipavit, & præcipuum seu magistrum sectæ *Eligium Scalidecker*, qui alios seduxerat, apprehendit in domo, quam inhabitabat viâ *de Beukelaer-straet*: plures autem sibi timentes fugerunt in Angliam aut aliò; non certè in Hollandiam, ubi nimis rigorosa fiebat inquisitio, præcipuè in eos, qui vel umbram habebant Anabaptismi aut Davidismi, ita ut notabile præmium publico edicto promissum esset eis, qui vel unum indicarent.

Capti puniuntur.

Itaque, ut perniciosa hæc secta simul & semel reprimeretur, imò totaliter extingueretur, eodem mense duo ex illis *Joannes Dorhont* vestiarius & *Christophorus Verrout* vel *Draut* parisiensis gemmarius, qui inde ob hæresim pulsus fuerat, pro merito puniti sunt & abscisso capite cadavera eorum extrà civitatem rotis sunt imposita. Vigesimâ tertiâ octobris *Eligius Schalidekker*, qui alios seduxerat, extrà muros vivus est combustus, & sabbato sequenti tres cives ejusdem Sectæ abscissis capitibus extrà muros rotis impositi sunt. Ita prædicta Chronica, quæ de pluribus hac occasione punitis

punitis mentionem non faciunt; nisi quod ad annum 1547. notent ob hæresim punitum fuisse quemdam mag. *Petrum Schudde* Ludimagistrum, qui erat eximius Rethor. Hic indubiè fuerat ejusdem sectæ, sed seriùs detectus. Anno 1544.

Vigilantia Senatûs.

Sic itaque Senatus exactè observans Edicta Principis invigilabat in omnes sectarios, eosque insectabatur, puniebat & fugabat, tum pro pace publica, tum nè cives ab avita Religionis puritate insidiosè seducerentur. Curâ illius post annum 1522. seditiosi Lutheranismo infecti extirpati fuerunt; anno 1535. tumultuantes Anabaptistæ repressi, puniti & fugati: hoc autem tempore totaliter repressa fuit dicta perniciosa & infamis Secta. Ita ut Religio Catholica sub tutela vigilantissimi Senatûs firmiter staret, licèt à variis sectis identidem impeteretur.

1545.

Typographus capite plexus.

Senatus autem non tantùm in personas, sed etiam invigilabat in libros, qui edebantur: quia & per illos populus seducebatur & quidem magis occultè. Hinc refertur, quod anno 1545. capite plexus sit Typographus Antverpiensis dictus *Jacobus Liesveldt*, qui prelo excuderat Bibliam sacram vernaculo idiomate; eo quod eidem ex alienis Bibliis inseruisset notas hæreticas. Ita referunt Wesenbeeck *Staet der Relig.* qui in gallica edit. dicit se id referre *par le Livre de la Vierscare*, & Isaac le long *Boek-zael.*

Gerontocomium S. Georgii fundatur.

Non obstantibus autem his turbis proficiebat continuò Antverpiensium pietas: hoc enim anno fundatum refertur *Gerontocomium S. Georgii* viâ *de Bervoet-straet* propè S. Georgii per *Elizabetham Goudtsvlieden* viduam Joannis Gottensijs pro sex feminis. Domus hæc adhuc subsistit in prospero statu sub cura Eleëmosynariorum.

CARO-

Anno 1546.

Catalogus librorum prohibitorum.

CAROLUS V. Princeps noster, qui, ut suprà vidimus, anno 1521. proscribens Lutherum, omnes ejus libros factos & faciendos sub gravissimis pœnis prohibuerat emere, vendere, tenere, legere &c. & mandaverat igne consumi, prout Antverpiæ anno sequenti combusti sunt quotquot inveniri potuerunt; qui anno 1529. mandaverat deferri ad manus Præfecti loci omnes libros non tantùm Lutheri, sed & omnium sectariorum, idque sub pœna vitæ; & iterum anno 1540. cum adjecto parvo catalogo aliorum librorum, qui refertur *Edict. Fland. Tom. I. Lib. I. Rubr. 7. pag.* 152.; cum ei delatum esset, quod plures ederentur & circumferentur libri sine aut mentito nomine Authorum, ac hæretico fermento conspersi, atque hinc simplices incautâ illorum lectione seducerentur; huic malo obviare volens mandavit Facultati Theologicæ Lovaniensi, ut Catalogum seu Indicem illorum librorum texeret. Quo mandato parentes Theologi Lovanienses Catalogum texerunt librorum, quorum lectionem pro eo saltem tempore populo haud convenire judicabant. Catalogus autem iste auctoritate Caroli V. publicatus est anno 1546. & refertur unà cum Cæsaris Edicto, *Edict. Fland. Part. I. Lib. I. Rubr. 7. pag.* 145. Putatur hic catalogus librorum prohibitorum esse primus, qui publicâ auctoritate sit editus. Vide Van Espen *Jur. Eccl. Tom. I. p. I. Tit.* 22. *n.* 4.

Crux erecta super Odeo in B. M.

Cum Ecclesia matrix post destructionem per conflagrationem jam restituta esset in structura & necessariis ornamentis, hoc anno mense augusti cœpit in ea super odeo erigi magnifica Crux cum crucifixo, ut notat *Antwerpsch. Chron. pag.* 47. Erecta autem est eo loci augustissima Crux, ut quâcumque ingredientes oculis objectam haberent representationem misterii,

ril, per quod generis humani redemptio peracta est. Eo fine hoc tempore simili loco in omnibus templis crux magnifica erigebatur. Anno 1546.

PETRUS À MOERBEKA

PETRUS VAN MOERBEEK Poëta & Doctor medicus Antverpianus scripsit *Prognostica futuri seculi, aliquando igne perituri. Exhortationem contrà Turcas* & *Epigrammata* varia versu pro ævi sui genio. Antverp. typis Henri Petri 1546. 8. Ita *Bibl. Belg. pag.* 994. Dies obitûs ejus non indicatur.

Hospitale vendit partē fundi sui.

Hospitale Antverpiense possidebat amplum & continuum fundum, protensum ad orientem usque ad novam fossam dictam *de Vuylruye*. Cum autem civibus, quorum numerus indies augebatur, ubique quæreretur oportunitas, Hospitalariæ consenserunt & statuerunt secare fundum suum & partem illius divendere, in quo fierent plateæ, & domus pro commoditate civium erigerentur. Pars autem, quam intendebant vendere, erat magnitudinis 550. virgarum, & putatur esse illa, quæ usque in hodiernum diem dicitur *Gasthuys-beemden*: cumque obtinuissent consensum mamburnorum & Senatûs, consensum petunt ab Episcopo Cameracensi; quem & obtinuerunt per litteras desuper datas hoc anno 9. augusti, quas ex originali subjungo.

Consensus Episcopi.

Ex Archivis Hospitalis.

„ROBERTUS DE CROY Dei gratiâ Episcopus & Dux Cameracensis, sacri Imperii „Princeps, Comes Cameracesii, Præpositus „Warnnensis &c. Universis & singulis præsentes Litteras visuris salutem in Domino.

„Exigit officii nostri debitum, ut illis subditorum votis libenter condescendamus, per „quæ monasteria nobis subjecta in suis temporalibus, sine quibus spiritualia diu subsistere

„neque-

Anno 1546. „ nequeunt, augmentum & utilitatem suscipere
„ cognoscimus.

„ Sanè nuper pro parte dilectarum nobis in „ Christo venerabilium & religiosarum personarum „ Dominæ ELIZABET VAN UTRECHT Priorissæ seu „ Dominæ, *Joanna Nuyens*, *Catharina van Winterle* & *Jacoba Verstylen* sanctimonialium pro„fessarum monasterii seu Hospitalis sanctæ Eli„sabet in civitate Antwerpiensi nostræ Camera„censis diocesis oblata petitio continebat, quod „ ipsæ noviter de unanimi consensu mambur„norum dicti Hospitalis ac etiam Burgimagi„strorum, Scabinorum atque Consilii Oppidi „ prædicti certum *prædium* ac *pratum* quantita„tis quingenta & quinquaginta virgarum vel „ circiter, ad & prope dictum Hospitale sita „ ac pertinentia, (per quæ quidem prædium „ & pratum certæ plateæ in & ad utilitatem „ ejusdem Hospitalis fierent & construerentur) „ plus offerenti per subhastationem, ut moris „ est, pro majori & uberiori dicti Hospitalis „ commodo & utilitate vendere proposuerunt. „ Verùm ut dictorum prædii ac prati emptori„bus securè prospiceretur, & quia præmissa, „ uti asserebant, aggredi sive attemptare nol„lent, nisi debitis solempnitatibus, nostrisque „ consensu & assensu auctoritateque priùs, „ ut moris est, intervenientibus. Quare pro parte „ dictarum exponentium nobis fuit humiliter „ supplicatum, quatenùs in & circà venditio„nem & alienationem hujusmodi, prætacto „ quo suprà modo faciendam, nostros con„sensum & assensum atque auctoritatem dare & „ interponere dignaremur.

„ Nos igitur monasteriorum nobis subdito„rum utilitatibus & commodis possetenùs con„sulere cupientes, supplicationi præfatæ ob „ hoc favorabiliter inclinati, constito nobis

„ priùs

„ priùs tam per Litteras attestatorias seu testi- Anno
„ moniales Burgimagistrorum, Scabinorum & 1546.
„ Consilii dictæ civitatis Antwerpiensis, desu-
„ per Vicariis nostris Bruxellensibus transmissis,
„ quàm etiam diligentem super nostri nomine
„ factam indagationem, quod dicta venditio &
„ alienatio, sic ut præmittitur facienda, in
„ evidentem ac notoriam dicti monasterii seu
„ Hospitalis cedet utilitatem; in & circà ven-
„ ditionem & alienationem præpetitos, modò
„ prætacto, & alia, quæ pro assecuratione
„ emptorum per litteras ac aliàs facienda &
„ passanda sunt, ritè & legitimè expedienda,
„ nostrum consensum & assensum licentiamque
„ & auctoritatem ordinariam damus & impertimur:
„ dum tamen denarii ex venditione hujusmodi
„ provenientes in & ad opus monasterii seu
„ Hospitalis prætacti pro redditu seu redditibus
„ hæreditariis perpetuis sufficienter hypothecatis
„ ac aliàs de nostris consilio & advisamento
„ debitè applicentur & convertantur: quod qui-
„ dem per præfatas exponentes sic fieri volu-
„ mus & mandamus; alioquin præsentes nostras
„ Litteras nullius roboris vel momenti fore de-
„ cernentes.

„ In cujus rei fidem & testimonium sigillum
„ nostrum præsentibus Litteris, per Secretarium
„ nostrum signatis, duximus opponendum.
„ Datum & actum Bruxellæ dictæ nostræ dio-
„ cesis anno Domini millesimo quingentesimo
„ quadragesimo sexto mensis augusti die
„ nonâ."

Idem Episcopus anno sequenti in dicto Hos- 1547.
pitali quandam reformationem fecit. Quærelæ
ad eum delatæ erant, quod, cum sorores ex Hospitale reformatur.
instituto obligatæ essent ad debitè inserviendum
ægrotis, eisque necessaria procurandum; id
tamen non facerent, sed per laïcas ancillas
negligen-

Anno 1547. negligenter tractari permitterent, ita ut infirmi sæpe in pejori statu hospitale derelinquere deberent, quam ingressi fuerant.

Sororum numerus augetur. Propterea, & quia numerus pauperum infirmorum indies augebatur, Episcopus anno 1547. statuit, ut Religiosæ ancillas laïcas dimitterent & numerum suum augerent assumendo septem alias Sorores, ita ut forent sorores quatuordecim, quæ per se ægrotis inservirent.

Absolvuntur à recitatione horarum canonicarum. Ut autem Sorores servitio pauperum infirmorum meliùs incumberent, auctoritate episcopali dispensavit cum eis super lectione horarum Canonicarum, quas cum Officio B. Mariæ indies persolvere tenebantur; consentiens ut imposterum indies tantùm persolverent officium B. Mariæ, & diebus Dominicis vigilias defunctorum & feriis sextis septem Psalmos Pœnitentiales.

Insuper mandavit, nè in eodem lecto ponerentur duo ægroti, quorum unus ab altero infici posset; & ut imposterum major discretio adhiberetur in administrandis cibo & potu secundùm exigentiam infirmitatum, ac tandem nè ægri ante plenam convalescentiam dimitterentur. Hæc autem Episcopus Religiosis mandavit observare sub pœna excommunicationis & inobedientiæ. Religiosæ verò promiserunt se illis conformare. Constant hæc ex Litteris ejusdem Episcopi datis anno 1551. quibus idem Hospitale ulterius reformat, de quibus infrà suo loco.

Judæis mandatur ut recedant è Belgio. Cum multi Judæi, ad evitandam Inquisitionem passim è Lusitania fugientes, ad Provincias belgicas accederent, & illic cum familiis pedem figerent; Carolus V. Imp. Princeps noster, semper vigilans nè subditi depravarentur, Edicto mandavit hoc anno 1547. ut infrà mensem

recede-

recederent à dictis provinciis cum familiis suis sub gravissimis pœnis. Ita refertur *Dipl. Belg. tom. IV. pag.* 700. Anno 1547.

Alexiani coguntur transmigrare.

Fratres Cellitæ seu Alexiani Conventum suum habebant in media civitatis parte, ubi nunc est platea *de Vleminx-straet*. Suprà autem vidimus ad an. 1527. quod, cives timentes infectionem murmurarent, eò quod dicti Fratres, qui ex instituto quibusvis ægris etiam peste infectis inserviebant, præcipuam civitatis partem inhabitarent; quod Alexiani timentes, nè quando ex improviso locum deserere cogerentur, de consensu CAROLI V. acquisiverint fundum in extrema civitatis parte juxtà Capellam JESUS, ad construendum sibi inibi novum monasterium, eòque aliquando transmigrandum. Verùm, cum Alexiani hactenùs post elapsos viginti annos necdum pararent transmigrationem, Senatus anno 1547., ad ornatum & decorationem civitatis, & ad mercatoribus commodas sedes procurandas, ipsis mandavit, ut se quàmprimum ad dictum acquisitum fundum transferrent, & derelinquendum monasterium juxtà voluntatem Cæsaris divenderent ad profanos usus.

Ædificant novum Monasterium.

Alexiani itaque occasione hujus mandati cœperunt erigere novum monasterium in fundo, quem ante viginti annos acquisiverant juxtà Capellam JESUS, quam jam possidebant moniales S. Victoris, quæ etiam juxtà illam hoc tempore monasterium sibi formabant. Et interim recurrunt ad S. Sedem, supplicantes, quatenùs Pontifex licentiam concedere dignaretur ad divendendum vetus monasterium & Capellam, etiam ad profanos usus: tum quòd coacti essent ad transmigrandum, tum quòd aliàs inchoatum novum monasterium perficere non possent.

Pon-

Anno 1547. Pontifex his precibus motus committit Decanos Antverpiensem & Alostensem, ut de veritate expositorum inquirant; & mandat, ut, si preces veritate niti comperiant, dictos Conventum & Capellam profanent, & Fratribus licentiam tribuant ea vendendi & pretium applicandi in consummationem novi conventûs. Intentionem suam Pontifex desuper exequendam indicavit *Rainucio Farnesio* Cardinali tit. S. Angeli, qui desuper Litteras dedit 5. may anno 1548., quas ex originali subjungo.

Petunt licentiam divendendi vetus monasterium

1548. „RAYNUTIUS miseratione divinâ tit. S. „Angeli presbyter Cardinalis dilectis viris De„canis beatæ Mariæ Antwerpiensis & S. Mar„tini Alostensis oppidorum Cameracensis „Diocesis Ecclesiarum salutem in Domi„no.

Pontifex Commissariis nominat.

Ex Archivis Alexianorum:

„Ex parte PRIORIS & FRATRUM CELITA„RUM congregationis opidi Antwerpiensis dictæ „diocesis Nobis oblata petitio continebat; „quod cum ipsi per Scabinorum, Recepto„rum ac Senatûs seu Consilii dicti oppidi de„cretum & ordinationem coacti sint loca illo„rum habitationis seu confraternitatis ac con„ventûs & Capellæ, ubi ad præsens habitant, „ad ornatum & decorationem ipsius civitatis „Antwerpiæ, & ad mercaturæ augmentatio„nem in totum relinquere, omninò & profa„nare.

„Cum autem, sicut eadem subjungebat pe„titio, præfati exponentes alium locum seu „fundum in dicta civitate de invictissimi CA„ROLI V. Imperatoris semper augusti consensu „emerint; ubi jam novam habitationem seu „confraternitatem, conventum, cimiteriumque & Capellam fundare ac erigere cepe„rint: & eò quod opus ejusmodi perficere

„neque-

„ nequeunt, nisi priùs præfatam antiquam „ habitationem & alia hujusmodi profanaverint; „ cuperent propterea habitationem, confraternitatem, conventum ac totum locum profanare & alienare, & ex pretio profanationis hujusmodi antiquæ habitationis provenientia in erectionem & institutionem exponere: quod ipsis permitti dubitant absque Sedis apostolicæ licentia speciali: quare supplicari fecerunt humiliter eidem exponentes, eis super his per Sedem eamdem de oportuno remedio... provideri. Anno 1548.

„ Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate DNI PAPÆ, cujus Primariæ curam gerimus, & de ejus speciali mandato, super hoc vivæ vocis oraculo Nobis facto, discretioni vestræ & cujuslibet vestrum committimus, quatenùs, si est ita, ipsis exponentibus, ut dictam habitationem Capellam & Conventum præfatos profanari facere, ac habitationem, conventum ac totum locum vendere seu alienare, ut præfertur, ac pretium in erectionem dictæ habitationis seu confraternitatis, Conventûs & Capellæ, ut præmittitur, exponere liberè & licitè possint & valeant, indulgeatis, ac licentiam & liberam concedatis facultatem; non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac dictæ confraternitatis, etiam juramento, confirmatione apostolicâ vel quâvis aliâ firmitate roboratis, statutis & consuetudinibus, cœterisque contrariis quibuscumque. Proviso quod si venditionem hujusmodi fieri contigerit, ut præfertur, pretium exinde proveniens, ut præmittitur, penès Ædem sacram aut personam fide & facultatibus idoneam deponatur, donec ipsa erectio facta fuerit.

Anno 1548.

„ Datum Romæ apud sanctum Petrum sub „ sigillo officii Primariæ III. non. may Ponti- „ ficatûs Dni PAULI PP. III. anno quarto-deci- „ mo.

Vendunt primum monasterium.

Pontificii hi Commissarii, cum preces veritate niti comperissent, auctoritate pontificia concesserunt Alexianis facultatem divendendi primum monasterium cum Capella ad profanos usus. Fratres autem post hæc moram non traxerunt, sed statim transmigrârunt ad monasterium, quod inchoârant: & primum per partes divendiderunt, per cujus fundum ducta est platea dicta *de Vleminx-straet.* Ædificia autem illa & Capella sic deinceps diruta sunt, ut nè vestigium illorum hodie appareat.

Transmigrant

Sic itaque Fratres illi coacti sunt deserere, & deseruerunt primam suam domum, quam per ducentos & tres annos inhabitaverant; & transierunt ad novum monasterium, quod in lato fundo magnificentiùs extruerunt cum splendida Capella, quæ dedicata refertur 8. julii anno 1550. Domum autem illam usque in hodiernum diem in regulari observantia inhabitant.

Editur famosum *interim.*

Cum Concilium Tridentinum, inchoatum anno 1545., translatum & suspensum esset, CAROLUS V. ad pacificandam Germaniam edidit Augustæ-vindelicorum 15. may anno 1548. famosum INTERIM confectum per selectos Theologos; quo statuebatur, qualiter Catholici & Lutherani in materia Religionis se gererent, donec per resumendum Concilium quæstiones decisæ forent. Sed cum Edictum istud neutri parti placeret, plurimæ inde dissensiones subortæ sunt. In his autem regionibus desuper quæstio non fuit, cum hactenùs Religio catholi-

catholica hìc servaretur illibata, & lutherani jam diu pulsi aut repressi essent. Anno 1548.

In eadem civitate 9. julii ejusdem anni edidit idem Princeps noster *Formulam Reformationis* ad restituendam disciplinam ecclesiasticam. An autem Carolus curaverit confici illam formulam, an confecta per Principes Germaniæ ecclesiasticos illi oblata sit confirmanda, ut sub ejus auctoritate faciliùs executioni mandari posset, non liquet: posteriùs videtur colligi ex Decreto desuper dato dictâ die, in quo Princeps laudat Prælatos, quòd in eo convenerint, & ad hoc celebraturi sint ad proximum festum S. Martini synodos diœcesanas; & desiderat, ut ante quadragesimam celebrent Provinciales. Hæc autem formula in nostra Cameracensi diœcesi publicata & observari mandata fuit anno 1550., ut infrà dicetur.

Item formula Reformationis.

Hoc tempore florebat Antverpiæ *Joachimus Polites* Goesanus Zelandus, civitati Antverpiensi ab actis seu Graphiarius. Edidit hoc anno 1548. Antv. *Poëmata* in 8. Fertur & *de Republica* libros IV. scripsisse, verùm illi hactenùs lucem non viderunt. Evocatus fuit inter alios Burdigalam, ut collapsam ibidem Academiam restauraret. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 558. & D. Paquot *mem. litt. VII. pag.* 192.

Joachim Polites.

PHILIPPUS filius Cæsaris unicus ex Hispania Genuam appulerat, & inde per Mediolanum & Germaniam tendit in Belgium ad Patrem, qui morabatur Bruxellis; ubi ab eo exceptus est 1. aprilis 1549., annum ætatis agens 22. 1549.

Philippus filius Caroli V. in Belgium venit.

Cæsar, inquit *Haræus*, præmonitis omnium belgicarum Provinciarum Ordinibus, necessaria parari jubet, ut filius Philippus ab omnibus in Principem inauguraretur. Inauguratus est Lovanii primariâ Brabantiæ Urbe 5. die julii. Juramenti Principis, inquit *Haræus*, hæc

Inauguratur Princeps.

Lovanii.

sunt

Anno 1549. sunt Capita : Unicuique jus administrabimus secundùm jus loci &c. Die 9. ejusdem mensis inauguratio facta est Bruxellis, dein in civitatibus Flandriæ, Arthesiæ, Cameracesii, Hannoniæ &c. & ubique honorificentissimè exceptus est.

Bruxellis.

Mechliniæ.

Octavo septembris, inquit *Haræus*, Cæsar cum sororibus filium comitatus Mechliniam venit, filiusque in Dominum recipitur. Undecimo die Liræ inauguratur. Die duodecimo Antverpiam ingreditur, ab omni ordine incredibili sumptu pompâque, simulque à Deo copioso imbre exceptus; mansitque inspiciendis spectaculis ludierisque belli certaminibus usque ad diem decimum septimum. Ita Haræus Annal. *Duc. Brab. pag.* 652. & *seqq.* Pompa introitûs ejus in Antverpiam & spectaculorum ei exhibitorum prelo vulgata sunt anno sequenti sub titulo : *spectaculorum in susceptione Philippi Hispaniarum Principis, Caroli V. Imp. filii an. MDXLIX. Atnverpiæ editorum mirificus apparatus descriptus per Corn. Scrib. Grapheum* Antv. 1550. fol. fig. Eodem anno prodiit ibid. fol. gallicè & flandricè.

Antverpiæ.

DANIEL BOMBERGIUS.

Anno 1549. obiit Venetiis DANIEL BOMBERGIUS Antverpianus, vir pius & doctus, de litteris Hæbraïcis ita meritus, ut nomen suum omnium seculorum memoriæ consecraverit. Nam typographicam exercens Venetiis artem, nec labori nec sumptibus parcens, publicæ utilitatis gratiâ, plurimis collatis exemplaribus, evulgavit pluries ibidem *Biblia hebræa &c.* & alia. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 225. Vossius &c.

Petrus Vorstius Can. Antv.

Obiit etiam hoc anno PETRUS VORSTIUS aliàs *van der vorst* Antverpiensis & canonicus ibidem. Patrem habuit *Joannem* Cancellarium Brabantiæ, Rotæ auditor nomine Nationis Germa-

Germanicæ. Anno 1536. à PAULO PP. III. missus Nuntius apostolicus in Germaniam ad CAROLUM V. Imp., FERDINANDUM rom. Regem cæterosque Imperii Principes, ut eos ad concilium Mantuam indicendum invitaret. Anno sequenti, apud CAROLUM Bruxellis agens refertur 11. julii Antverpiam divertisse suos visurus, ubi honorificè exceptus est, obviam ei euntibus Decano Capituli & Marckgravio; divertit autem in domum Decani, ubi Senatus ei obtulit vinum honorarium, mansitque usque ad 16. ejusdem mensis, quo discessit. *Chron. Ms.* Factus Præpositus cathedralis ecclesiæ Cameracensis & Episcopus Aquensis interfuit ac subsignavit die 21. aprilis 1547. Sessioni nonæ Concilii Tridentini, & tandem hoc anno 1549. obiit. Anno 1549.

Senatus semper invigilans in seditiosos sectarios, notanter in Anabaptistas & Davidistas, nuper morte plexerat quemdam *Joannem des Camps*: hoc autem anno *Adrianum* pictorem & *Henricum* sartorem, & paulò post *Cornelium Aelwyn*. Ita J. Wesenbeck *staet der Religie pag.* 16. qui in Edit. gallica in margine pag. 25. addit *Rolandum Calon* Prædicatorem concionatorem Antverpiæ. Sectarii puniti.

Nicolaus de Beuckelaer Canonicus & Thesaurarius Eccl. B. M. testamento suo fundaverat Gerontocomium in honorem Dei & duodecim Apostolorum, pro 12. viris paupertate & senio gravatis cum Capellano. Executores testamenti & hæredes hanc fundationem executioni mandare non poterant; cum cæsarea Majestas eam admittere nollet, nisi sub conditionibus quæ illis non placebant. Itaque commutata fuit hæc pia fundatio in fundationem decantationis 7. horarum canonicarum in S. Andreæ, idque de consensu & auctoritate Capituli ac Senatûs. Fundantur horæ canonicæ in S. Andreæ.

Anno 1549. Litteræ desuper confectæ 1. febr. 1548. stylo Cameracensi, referuntur in Registro ecclesiæ S. Andreæ *pag.* 39. & *seqq.*

1550. CAROLUS V., qui jam per triginta annos tamquam defensor fidei Belgium nostrum hactenùs præservaverat contrà conatus variarum sectarum, videns circumvicina Regna Germaniam, Galliam & Angliam per eas agitari seditionibus; & timens, nè idem obveniret Belgio, animum adjecit, ut saltem Belgium in puritate catholicæ fidei & à seditionibus liberum conservaret. Statuit itaque nullum ad hoc necessarium medium prætermittere. Laïcos feliciter hactenùs continuerat per sua Edicta, quæ religiosè per Senatus locorum observabantur; illi enim quemcumque, qui vel minimum faceret, quod seditionem redolebat, juxtà illa pro merito puniebant.

CAROLUS Imp. conatur præservare Belgium à seditionibus.

Ideò Edicta edit pro laïcis.

Judeos quoque exesse volebat ex toto belgio, ut supra visum est ad annum 1547. Imò hoc anno prohibuit illis omnem conversationem per belgium, etiam solum transitum sub pœna vitæ & bonorum. Et cum neç hoç medium efficax satis esset, post duos annos, aliud rigorosum edictum vulgavit, nè quis eos auderet hospitio recipere, operâ aut favore juvare. Ita refertur *Dipl. Belg. tom. IV. pag.* 700.

Pro judæis.

Sed cum Sacerdotes & Ecclesiastici cohiberi non possent per Curiam laïcalem; & compertum haberetur, quod nonnulli inter illos essent, qui populum occultè seducerent; huic malo etiam obviare voluit Imperator. Episcoporum quidem munus erat, eos cohibere & punire; illi enim tamquam tales erant Inquisitores nati. Sed isti in hac inundatione variarum sectarum propter extensionem diœcesium non poterant satis ubique invigilare. Itaque ad providendum

Inquisitionem procurat contra Ecclesiasticos.

Bel-

Belgio etiam in hac parte recurrit ad S. Sedem supplicans Pontifici, quatenùs designet viros doctos & probatos, qui in Belgio forent hæreticæ pravitatis Inquisitores. Anno 1550.

Et hanc fuisse præcipuam Principis intentionem in petendo & admittendo tribunali Inquisitionis, patet ex ipsa instructione, quam Inquisitoribus præscripsit, & quam post paucos menses vulgavit. Refertur illa *Edict. Brab. Tom. I. Lib. I. Tit. II. cap.* 2. In ea enim hæc leguntur. Id indicat in suo Edicto.

„ Cum sacra Cæsarea Majestas ... multis
„ modis conata sit omnes hæreses & errores (quæ
„ hodiè in diversis mundi partibus pullulant, &
„ præcipuè procurare, nè boni & simplices
„ christiani à pseudoprophetis .. subvertantur,
„ diversas fecerit Constitutiones, Ordinationes
„ & Edicta, præcipuè in ditionibus inferioris
„ Germaniæ ..., quæ strictè observari ... vo-
„ luit, prout & adhuc vult. Quibus ... com-
„ pertum est, non sufficienter ... esse satis-
„ factum, præcipuè propter nonnullos Sacer-
„ dotes & viros Ecclesiasticos, qui ... simplices
„ populares & laïcos ... inficere & à via verita-
„ tis & unione ... Ecclesiæ seducere non for-
„ midant. Sua Majestas huic etiam malo me-
„ deri volens, in Provinciis inferioris Germa-
„ niæ ... certos Inquisitores hæreticæ pravita-
„ tis ... ordinari ac designari curavit, quibus
„ data est ampla potestas ... juxtà formam &
„ tenorem apostolicarum litterarum desuper con-
„ fectarum.

Ex his itaque sufficienter constat, Principem petivisse Inquisitores præcipuè contrà Ecclesiasticos seducentes populum: petivit itaque & obtinuit à Pontifice Paulo PP. III., qui obiit 10. novembris 1549. Pontifex ille nominavit viros doctos & probatos, inculpatæ vitæ & famæ, Et obtinet Pontifice.

Anno 1550. eisque per Litteras suas amplam dedit potestatem.

Restringit Inquisitorum facultates. Princeps autem, quia petiverat Inquisitionem præcipuè contrà Ecclesiasticos, eis dedit Instructiones, juxtà quas in suo officio procedere deberent, & per quas ita eorum potestas restringebatur, ut vix potestatem haberent, nisi in illos. Illæ instructiones dein mense majo sequenti vulgatæ sunt, ut infrà dicetur.

Origo Inquisitionis in Belgio. Interim Inquisitionis origo in Belgio huic anno adscribi non potest. Nam circà annum 1242. in Belgio Inquisitorem egit *Robertus Bulgarus* Ordinis Præd., ut refert Fleury *Hist. Eccl. ad an.* 1239. *n.* 29. Et anno 1244. Fredericus II. Imperator supremus noster Dominus Inquisitores fidei sub sua ac Magistratuum protectione esse voluit; ac insuper ut Magistratus illos, quos ipsi Inquisitores illis ostendissent hæreticos, diligenti custodiâ detinerent, *ut post Ecclesiastica damnationis pœnam subeant, quam merentur.* Ita van Espen *Jur. Eccl. Tom. I. p. I. tit.* 22. *cap.* 3. *n.* 13. Insuper Nicolaus de Fontanis Episcopus Cameracensis, & in ea qualitate naturalis hæreticæ pravitatis Inquisitor, post annum 1251. Antverpiam venit, & corpus *Willelmi Cornelii* quondam Canonici Antverpiensis & hæresi infecti, jam quatuor annis sepultum jussit exhumari, quod condemnatum combustum fuit, ut suprà vidimus.

Ejus usus seculo XVI. Deinceps usque ad initium seculi XVI. Inquisitionis usum hactenùs non inveni: an non propter defectum materiæ? sed initio hujus seculi in usu fuisse satis constat. Et in primis *Seckendorf* Lutheranus in *Comment. Luth. Lib. II. cap.* 30. *n.* 5. asserit Inquisitionem in Belgio viguisse antequam Lutherus Papatum impugnare cœpisset, id est ante annum 1517.: sed id

asserit, ut justificet Lutherum à probro, quod ipsi imputabatur, nempè quod Anabaptismus seu Fanatismus originem duxisset ex ejus doctrina; ideo dicit Fanaticos anteà in Belgio substitisse, sed sese occultasse propter Inquisitionem. Anno 1550.

Interim ex suprà relatis clarè constat Inquisitores hæreticæ pravitatis in Brabantia substitisse anno 1522. & sequentibus, ibidemque officium suum exercuisse circà Augustinianos Antverpienses, quos exterminârunt, & circà alios suspectos, etiam laïcos. Illi autem, in Actu revocationis *Jac. Præpositi* ibidem relato, dicuntur Apostolicâ & Cæsareâ ac Ordinariâ potestate deputati.

Non planè tamen constat, an hoc Inquisitionis tribunal fuerit ex institutione perpetuum, an tantùm temporaneum propter nascentem hæresim. Interim tribunal illud Lutheranismum plenè suppressit. Quantùm ad Anabaptismum, qui hìc præcipuè grassabatur circà annum 1534., opus non erat Inquisitione ecclesiasticâ; quià apertè docebat seditionem: unde etiam quotquot detegebantur, morte plectebantur juxtà Edicta Principis. Idem erat de perniciosa illa secta, quæ hìc grassabatur circà annum 1544. De quibus videri possunt suprà ad illos annos relata. Hinc itaque satis patet, initium Inquisitionis in Belgio adscribi non debere huic anno.

Caroli V. Edictum contrà sectarios.

CAROLUS V. Imp. itaque petivit & obtinuit à Pontifice pro Belgio Inquisitores hæreticæ pravitatis, eisque tamquam supremus Belgii Dominus Instructiones seu limites præscripsit juxtà intentionem, quæ eum moverat ad eos petendos. Sed antequam Instructiones illas publicaret, renovans præcedentia sua decreta per novum Edictum publicavit, qui & qualiter hæreti-

Anno 1550. hæretici puniendi essent per Curiam secularem, nè Belgium, ut vicina Regna, seditionibus agitaretur. Edictum illud, cum adjuncto Catalogo Librorum prohibitorum confecto per Doctores Lovanienses, datum est Bruxellis 19. aprilis 1550. & refertur integrum *Edict. Fland. Tom. I. Lib. I. rubr.* 7. *pag.* 157. in eo autem hæc statuuntur.

Articuli illius

De libris prohibitis.

1. Nemo cujuscumque conditionis aut Statûs poterit imprimere, scribere, exscribere, transscribere, nec sciens habere, acceptare, ferre, custodire, abscondere, retinere, vendere, emere, dare, distribuere, vel sinere ut cadant in templis, plateis aut aliis locis, aliquos libros aut scripta confecta per *Martinum Lutherum*, *Joan. OEcolampadium*, *Ulricum Zuinglium*, *Martinum Bucerum*, *Joan. Calvinum*, vel alios hæreticos & auctores sectarum suarum, vel aliarum perniciosarum sectarum, reprobatarum per sanctam Ecclesiam, vel confecta per ipsorum asseclas, fautores & complices aberrantes à recta fide, specificata in catalogo DD. Lovaniensium subjuncto: nec etiam aliquos alios libros, qui à viginti annis citrà conscripti aut excusi fuerunt, aut imposterum edentur sine expressione Auctoris, Typographi, anni aut loci.

De picturis & sculpturis.

2. Ne fiant aut retineantur picturæ aut sculpturæ indecorè repræsentantes B. Mariam aut alios Sanctos.

Hinc Patet, hoc infelici tempore non tantùm Typographos prelo, sed & pictores penicillo & sculptores scalpro puritati fidei nocumentum intulisse.

De Iconomachis.

3. Nè frangantur aut deponantur picturæ aut sculpturæ in illorum memoriam factæ.

De conventiculis.

4. Nè quis intersit aut in domo sua permittat secreta sectariorum conventicula.

5. Nè

5. Nè quis laïcus aut alius disputet de Scriptura sacra publicè vel occultè, ut eam doceat, nisi sit Theologus & ad id approbatus.

Anno 1550.

Disputatio de Scriptura.

6. Nè quis prædicet, dicat vel sustineat publicè vel occultè aliquod punctum doctrinæ prædictorum auctorum.

7. Si quis contrà aliquod prædictorum punctorum egerit, punietur ut seditiosus & perturbator Rei-publicæ; nimirùm viri gladio & feminæ submersione (*gedolven*) si non persistant in errore; si verò in hæresi perseverent, igne. Et in utroque casu bona eorum fisco addicta erunt.

8. A die, quo contrà hoc statutum & prohibitionem egerint vel in dictos errores lapsi fuerint, erunt inhabiles ad disponendum de suis bonis; & omnes alienationes, cessiones, venditiones, emptiones &c. testamenta seu extremæ voluntates, à die illa per ipsos facta, invalida erunt & nullius roboris.

Qui peccant contra hæc inhabiles ad contrahendum &c.

9. Nè quis recipiat aut recondat personas vel bona suspectorum de hæresi; & si id fiat, denuntiet Inquisitori vel Officiario loci, alioquì reputabitur fautor hæreticorum.

10. Si quis ex simplicitate in hæresim lapsus egerit contrà nostra statuta, & tempestivè pœnitens apud Inquisitorem vel Episcopum abjuraverit, non poterit deinceps disputare de articulis fidei, alioquì reputabitur relapsus.

11. Si quis non convictus, sed propter vehementem suspicionem punitus à judice ecclesiastico vel civili reincidat in hæresim, & fecerit contrà aliquod ex suprà relatis nostris mandatis, volumus, ut reputetur relapsus, adeoque puniendus per confiscationem corporis & bonorum.

De relapsis.

12. Suspecti de hæresi, etiamsi per pœniten-

tiam

Anno 1550. tiam in gratiam recepti, non poterunt in Belgio fieri Consiliarii aut in civitatibus Scabini &c.

13. Nullus admittetur ad habitandum in civitatibus aut pagis, nisi adferat testimonium Pastoris loci, undè venit.

14. Omnes Officiarii locorum assistant Inquisitoribus & judicibus Episcopalibus in executione oneris sui juxtà Instructionem, quam dicti Inquisitores à Nobis habent.

15. Ulteriùs monemus, requirentes tam Archiepiscopos, Episcopos, Archidiaconos, Abbates & alios Prælatos, Capitula & eorum Vicarios vel Officiales & alios ecclesiasticos Judices, quàm etiam prædictos Inquisitores, ut ad satisfaciendum muneri suo, primò diligenter inquirant in Ecclesiasticos infectos & introducentes errores, & contrà eos procedant ad punitionem. Et si ultrà crimen hæresis peccatum esset contrà nostra Decreta, postquam per ecclesiasticos judices condemnati erunt, procedent contrà eos judices seculares tamquam seditiosos.

16. Quia diversarum sectarum errores præcipuè introducti sunt per confectionem, corruptionem, impressionem & distributionem librorum, statuimus, ut nulli libri in Belgio edantur sine nostra licentia & approbatione Ordinarii. Et alibi impressi non vendentur nisi approbati in loco.

17. Nullus ludimagistrum aget, nisi approbatus ab Officiali loci & Pastore parochiæ; nec docebit nisi libros approbatos.

Huic Edicto subjungitur Catalogus librorum prohibitorum, confectus per Rectorem & Facultatem Theologicam Lovaniensem, cum catalogo librorum, qui in scholis doceri poterunt, signatus Lovanii 26. martii 1550.

Sic

Sic pius noster Princeps per hæc statuta, quæ latiùs referuntur in ipso Edicto, conatus est conservare puritatem catholicæ fidei in Belgio, & illud præservare à seditionibus, per quas circumvicina Regna agitabantur. Annò 1550.

Pium autem hoc Decretum non ubique æquanimiter receptum fuit, præcipuè propter Art. 8., in quo omnes delinquentium contractus invalidi declarabantur. Maxima indè consternatio Antverpiæ, quo confluebant variarum Nationum mercatores, quorum fides & actiones plerisquè ignotæ erant; & sic semper timendum erat, nè contractus cum illis initi forent irriti. Hinc ibidem, inquit Haræus *Annal. Duc. Brab.* aliquot diebus negotiatio pro magna parte cessavit. Addit autem: quare nec ibi publicatum fuit Edictum nisi posteà. Sed ut quid cessasset negotiatio ob Edictum nondum publicatum?

Diplicent Art 8. & 13.

Interim Senatus videns consternationem & considerans articulum illum, sicut & Art. 13. obesse negotiationi, rationes detulit ad Aulam: quibus auditis data est interpretatio ad priorem & mitigatio ad posteriorem, quæ Princeps post quinque menses, nempè 25. septembris, renovans dictum decretum publicavit per Edictum, quod refertur *Edict. Fland. Tom. I. Lib. I. Rubr.* 8. *pag.* 186. In quo sic interpretatur Art. 8.

Antverpienses de ist.s con queruntur.

Wy verclaren, dat onse meyninge niet en is geweest, om (zo eenige dat hebben willen zegghen ende uutgeven) eenigsins te beletten in onse voors. landen de behoorlycke coopmanschape ende contractie tusschen den vreemden cooplieden ende onze onderzaten, nochte dat zy niet vryelijcken en zouden mogen disponeren van haeren goeden na den geschreven Rechte ende Constumen van de plaetse respectivelicken: maer wel om te voor-

Interpretatio Art. 8.

Anno 1550. *voorsiene tegens 't gene dat bedriegelicken zouden willen doen, ende om te schuwen de peynen van onsen Geboden, ende by welcken middelen te verliesen de vreese, die zy behoorde te hebben, om daer tegens yet te doene ende mesbruucken.*

Mitigatio Art. 13. Articulum autem 13. sic mitigavit.

Ende aengaende den vreemden Cooplieden ende andere, die in onsen voors. Neder-landen zouden willen commen; onse meenynge en es niet, de selve te bedwyngen de voorscreven certificatie te overbryngen ende exhiberen: behoudelick dat zy aldaer leven naervolgende onse voors. Ordonnantien, ende hemlieden dragen sonder schandalisatie als vooren.

Imperator præscribit Inquisitoribus instructiones. Imperator qui, ut suprà vidimus, Inquisitionis tribunal in Belgio institui curaverat, & de eo jam mentionem fecerat in relato Edicto; cum audisset illud odiosum reddi per exaggerationem rigoris ejusdem, voluit, nè quis desuper in errorem duceretur, publicare intentionem, ob quam Inquisitores petierat; nempè præcipuè contrà Ecclesiasticos, qui populum seducebant, quique per seculares Magistratus non cohibebantur; insuper Instructiones, quas ipsis præscripserat, per quas amplam potestatem, quam obtinuerant à Pontifice, limitaverat, in quantum opus pro Belgio: in quo satis provisum erat in reliquis casibus per Edicta. Publicavit autem CAROLUS illas per Decretum datum Bruxellis ult. may 1550., quod refertur *Edict. Brab. Tom. I. Lib. I. tit. II. cap. 2.*: in eo autem hæc puncta decernuntur.

Illius Instructionis Articuli. 1. Inquisitores cum Notario debent expensis suæ Majestatis visitare Provinciam sibi commissam, & inquirere, num sint hæretici aut vehementer suspecti: si qui habeant aut legant libros

libros prohibitos, aut teneant conventicula, & de illorum fautoribus. Anno 1550.

2. Delatores non possunt assumi in testes.

3. Inquisitores poterunt vocare ad dicendum testimonium quoscumque cujuscumque conditionis aut statûs. Qui recusant, habebuntur ut fautores.

4. Omnes locorum Officiarii auxilium præstent Inquisitoribus.

5. Si quis probatus fuerit hæreticus & contravenerit Edictis Cæsaris, eos apprehendi curabunt.

6. Apprehensus si ecclesiasticus carceri Concilii provincialis vel Ordinarii mancipabitur. Inquisitores contrà eum procedent & assument secum aliquem vel aliquos de Concilio ad diffiniendum processum.

7. Quando Inquisitor cum consilio alicujus de Concilio decreverit aliquem degradandum & curiæ seculari tradendum, degradatione factâ Concilium provinciale vel judex loci tenebitur statim ejusmodi sententiam executioni mandare, prout de jure.

8. Si laïcum invenerit contravenisse Ordinationibus Cæsaris, informationes communicabit concilio Cæsaris, quod eum apprehendet & juxtà formam Edictorum puniet.

9. Inquisitores inquirant de Ludi-magistris, de eorum fama &c.

10. Inquirant de libris, qui venduntur & imprimuntur.

Ex his patet, quò se extenderit Jurisdictio Inquisitorum. Judicare habebant de ecclesiasticis infectis. De laïcis verò, qui contraverant Edictis Principis, non habebant judicare: jam autem Edicta comprehendebant omnia, quæ vel scandalum vel seductionem vel seditionem sapiebant. Jurisdictio Inquisitorum.

Anno 1550. piebant. Quid igitur supererat in laicis nisi fortè nudum crimen hæresis? sed eo infecti tradi non debebant judici seculari, adeoque puniendi ad summum pœnâ merè Ecclesiasticâ.

Unde horror Inquisitionis. Interim Tribunal istud in tantum declamatum fuit & rigor ejus exaggeratus, ut clamor ille usque ad nos pervenerit. Dicit enim van Espen *Jur. Eccl. Tom. II. P. III. tit. IV. cap. II. n.* 50. quod post abolitionem Inquisitionis nihil de ea supersit in Belgio *nisi innata quodammodo populi belgici ab ea aversio; ita ut vel solùm nomen Inquisitionis exhorreat & execretur.* Sed unde iste horror? nisi ex clamore populari excitatò per eos, qui sibi timebant, aut qui ex concitatione populi pejora meditabantur. Quod autem non nisi ex clamore populari ortus sit ille horror, satis videtur probari ex illis, quæ desuper acta sunt anno 1566. MARGARETÆ Belgii Gubernatrici delatum erat, quod fœderati Nobiles oblaturi essent Libellum supplicem, per quem inter alia peterent abolitionem Inquisitionis. Illa autem vel ideò Conventum solito celebriorem apud se indicit ad 6. kal. aprilis; ad quem, qui evocati fuerant, Provinciarum Præfecti atque aurei velleris Equites, Senatoresque privati Concilii frequentes convenerunt. Ad hunc amplissimum Senatum Gubernatrix inter alia quoad Inquisitionem dixit. *Quid, oro, severitatis habet hæc Quæsitorum censura, quod Edicta Cæsaris non habeant; immò si rectè vobiscum reputatis, multo hæc quàm illa severiora sunt. Ut meritò Rex in iis, quas tribus ante annis hic Ego perlegi Litteris, multis vestrûm audientibus, miraretur, cur tantoperè ab Hispanica Inquisitione timerent Belgæ, qui in eisdem Religionis causis, pœnas longè plures ac majores in Edictis* Caroli *comprehensas haberent.*

His

His dictis multi censuêre, nè quid mutaretur ex Imperatoriis Edictis. Acriùs incitatiùsque plerique contrà disserebant; nullum tamen verbum intermiscuerunt de rigore aut severitate Inquisitionis; sed ad alias duas rationes, ob quas aboleri deberet, convolârunt, nempè: *Quod verò ad Inquisitionem attinet, satis apparere eam nulli hominum ordini acceptam esse.... Immò & Episcopos non levi affectos injuriâ videri, dum Religionis causæ, quarum cognitio ad ipsos jure pertinet, ad posteriùs hoc Quæsitorum tribunal transferuntur.* Refert hæc Fam. Strada *de Bello. Belg. Tom. I. pag. mihi* 196. Ecce dum maximè agebatur pro abolitione Inquisitionis, nullus ursit severitatem: & tamen clamor iste perseverat usque in hodiernum diem, notanter inter hæterodoxos. Et vel indè satis patet, horrorem nominis ortum non habere, nisi ex clamore populari, excitato ut suprà. Anno 1550.

Clamor autem ille adversùs Inquisitionem maximè excitatus fuit & viguit Antverpiæ, idque ideo, quòd eò confluerent ex variis nationibus mercatores, inter quos indubiè plures erant infecti; hinc populo imponebatur, quod illi Antverpiam dereliquissent, quod alii non advenissent, & consequenter exaggerabatur timenda ruina negotiationis & Civitatis. Remonstrationes itaque per Antverpienses desuper factæ sunt Bruxellis: undè tandem pro se obtinuerunt suspensionem illius tribunalis. Et sic deinceps per continuas remonstrationes, continuas dilationes obtinuerunt; ita ut credatur, Inquisitores illos Antverpiæ jurisdictionem suam numquam exercuisse. Suspenditur Inquisitio Antverpiæ.

Interim Senatus Antverpiensis juxtà Edicta invigilabat in seditiosos sectarios. Hoc anno condemnavit anabaptistam, qui erat pistor Gan- Sectarii puniti.

 densis.

Anno 1550. densis. Hic, dum pridie ante Circuitum solemnem ducebatur ad rogum, obvium habuit famulum panni-paratoris, qui accedens eum osculabatur & adhortabatur fortiter mori. Hinc patebat famulum illum etiam anabaptismo infectum; unde apprehensus & convictus die martis sequenti etiam combustus fuit.

Anno sequenti comprehensus fuit quidam Joannes Ostendanus, qui etiam Gandavo fugerat. Hic contrà Edicta Cæsaris propè Antverpiam prædicabat populumque concitabat, unde & juxtà Edicta tamquam seditiosus condemnatus fuit & combustus anno 1551. Factum hoc refert *Martyr. heterod. pag.* 129. Sequenti 30. januarii die Sabbatho iterùm hìc igni datus est aurifaber anabaptista. Hic sectæ renuntiasset, si mortem evadere potuisset; sed quia in domo ejus plures rebaptizati fuerant, sententiam non evasit & mortuus est persistens in errore. Ejusdem indubiè Sectæ erat femina, quæ Sabbatho 20. februarii, postquam non juxtâ cæremonias Ecclesiæ, sed juxtà modum sectæ suæ matrimonium inierat, aquis submersa fuit. *Chron. Ms.* Sic Senatus Antverpiensis continuò invigilabat ad funditùs exterminandam seditiosam illam sectam.

Formula Reformationis promulgatur.

CAROLUS Imperator, ad impediendum progressum hæresum & imminentes inde seditiones, non tantùm relata sic disposuerat circà jurisdictionem civilem & ecclesiasticam; sed insuper voluit, ut *Formula Reformationis*, sub ipsius authoritate anno 1548. Augustæ-vindelicorum edita, in Belgio promulgaretur & observaretur, donec per Concilium generale aliter statueretur. Hunc in finem datis Litteris rogavit *Robertum de Croy* Episcopum Cameracensem, quatenùs, juxtà exemplum Principum Imperii, dictam *formulam* per totam suam diœcesim promulgari faceret.

faceret. Episcopus itaque Synodum diœcesanam indixit, celebravitque mense octobris anno hoc 1550., in qua, ultrà peculiaria Statuta in eâ decreta; dictam *Formulam* publicari & observari mandavit *salvâ Pontificis auctoritate*, quæ in nonnullis articulis necessaria putabatur. *Formula* hæc... *Reformationis* cum decreto Cæsaris & Episcopi refertur ad calcem Synodi Cameracensis dicto anno desuper celebratæ, & sequenti anno prelo excusæ Parisiis. Anno 1550.

Interim omnia hæc media, adhibita tum à Principe tum ab Episcopis, piis Pastoribus non videbantur efficacia satis contrà occultas hæreticorum seductiones, prout deinceps patuit. Testis est famosus Joan. Molanus Theologus Lovaniensis in opere suo *de Picturis & Imaginibus sacris* vulgato anno 1570. in cujus Epistola nuncupatoria ad Cunerum Petri Episcopum Leeuwardensem hæc scribit: „Pastorum... „gemitus, eò quòd viderent hæresios malum „velut canorum latè & latenter serpere. Adeo„que etiam ab hinc annis viginti & ampliùs „(*id est circa hæc tempora*) quidam eorum ausi „fuerunt optare apertam per hæreticos rebel„lionem: ut quo citiùs eò meliùs & faciliùs „uterque Magistratus, aliis distentus, urge„retur ad hujus pestis extirpationem.

Pastores judicabant media ista non sufficere.

Suprà dictus autem Episcopus Cameracensis non hæsit in generalibus istis reformationis terminis edens statuta synodalia & dictam Formulam; sed tamquam vigilans Pastor descendit etiam ad particularia, & plura monasteria, etiam in hac Civitate, reformavit: inter quæ sunt Hospitale S. Elizabethæ & monasterium Albarum Sororum. In hujus Archivis adhuc adservantur Litteræ *Roberti* Episc. desuper confectæ. 1551.

Episcopus reformat Albas Sorores.

Anno 1551.

n Hospita

Per Comissarios.

Commissarii Priorissam deportant & aliam substituunt.

Numerus Sororum augetur.

Quantùm ad hospitale, suprà vidimus ad annum 1547. dictum Episcopum tunc aliqualem in eo reformationem induxisse, & mandasse Religiosis, ut dimissis ancillis laïcis septenarium suum numerum augerent ad quatuordecim, & per se ægris inservirent. Religiosæ autem, licèt promisissent, hæc tamen hactenùs ad effectum non duxerant.

Episcopus itaque, de his per sufficientem informationem instructus, nominavit Rev. P. Dnum *Martinum* Epis. Calcedoniensem suffraganeum suum, *Martinum Bertrans* Vicarium suum & *Remigium Druicio* Juris Lic. Officialem Bruxellis residentem, eosque deputavit ad reformandum dictum hospitale tam in temporalibus quàm spiritualibus; utque sororum numerum augerent & alia statuerent, prout videbitur Religiosis ac pauperibus magis expedire, juxtà formam aliorum Hospitalium in diœcesi sua nuper reformatorum.

Commissarii illi, cum Antverpiam venissent, Hospitale visitârunt & compererunt relata subsistere. Hinc iterum accedentes adduxerunt reformatam Sororem ex Hospitali Bruxellensi, quæ Antverpiensibus reformationem acceptantibus instructioni & exemplo esset; & antiquam dominam Priorissam, nomine & de mandato Episcopi, præsentibus Burgimagistris & aliis Senatoribus ad hoc deputatis, ab officio deportârunt; & provisionaliter *Catharinam Van Eystvoort* ex hospitali Bruxellensi Matrem spiritualem instituerunt; eidem mandantes, ut laïcas ancillas dimittat, & in illarum locum assumat Religiosas usque ad numerum viginti quatuor; quæ forent Sorores non velatæ, quæ opportuno tempore profiterentur tria substantialia Religionis vota secundùm Regulam S. Augustini & statuta domûs; quæque omni tempore

pore ægrotis ibidem decumbentibus inservient per se ; quod hodieque rigorosè observatur.

Anno 1551.

Numerus viginti quatuor Religiosarum sic statuitur, ut augeri non posset nisi necessitate urgente & de consensu Episcopi.

Aufertur velum nigrum.

Aufertur hìc à Monialibus hospitalis privilegium gestandi velum nigrum, quam prærogativam hucusque habuerant. Vidimus suprà ad an. 1311. velum nigrum concessum Monialibus primò in publicum professionis signum ; secundò in memoriam passionis Domini ; tertio in signum distinctivum Professarum à Novitiis. Præsumendum est, velum hìc ablatum fuisse propter defectum secundi ; quòd nempè loco humilitatis Christi ingereret superbiam. Interim usque in hodiernum diem in professione earumdem benedicitur & ipsis imponitur velum album, quod servit ad prædictos tres fines.

Conceditur ut possint transire ad aliud hospitale.

Dein conceditur, ut si quæ ex antiquis Nonnis nollet acceptare reformationem, posset licitè transire ad aliud Hospitale ejusdem habitûs. Non videtur tamen ulla ad aliud monasterium transiisse, sed omnes reformationem acceptasse,

Priorissa nominanda Mater.

Deinceps statuitur, ut in professione obedientiam promittant Episcopo & Priorissæ suæ, quam, inquiunt, *Matrem* vocabunt. Anteà Priorissa communiter vocabatur *Domina* etiam in actis publicis, quod diu post hæc perseveravit. Sed cum Religiosæ eam non nisi *Matrem* naminarent, extranei etiam sensim eam eo nomine appellare cœperunt ; ita ut jam primævum nomen totaliter exoleverit. Asserit Papeb. *Annal. Mss.* statutum tunc esse, nè Religiosæ *Domicellæ* dicerentur, sed *Sorores*. Nulla de eo fit mentio in Actis reformationis,

 quæ

Anno 1551. quæ adhuc integra adſervantur ; & conſtat, eas diu poſt hæc dictas fuiſſe *Domicellas*.

Ætas requiſita ad Profeſſionem. Pro inveſtitione ponitur annus decimus-quintus ; pro profeſſione decimus ſextus completus. Diu poſt hæc ſtatutus eſt pro profeſſione annus vigeſimus, qui hodieque obſervatur.

Dein accuratè deſcribunt peculiaria ſtatuta domûs.

Confirmat illa Epiſc. Reformationem hanc Per Commiſſarios factam *Robertus de Croy* in omnibus punctis approbavit, confirmavit & obſervari mandavit, datis deſuper Litteris ult. julii anno 1551., quæ hodieque in domo conſervantur.

Taxa Cleri pro expenſis Deput. ad Conc. Trid. JULIUS PP. III. interruptum Concilium Tridentinum iterùm convocârat, & CAROLUM V. rogaverat, ut ei faveret, curans ut è Regnis ſuis eò mitterentur Commiſſarii. CAROLUS itaque, cum è Regno hiſpaniæ jam miſſi eſſent, curavit etiam, ut è Belgio ſeligerentur Viri docti eò mittendi ; & ſimul curavit, ut ipſis provideretur de neceſſariis expenſis. Prælati & Abbates in quotam ſuam jam conſenſerant, dum Gubernatrix Belgii convocabat Bruxellas Capitula collegiata Brabantiæ ad 22. may hujus anni. Propoſita eſt autem eis quota ſexcentorum *Carolorum* per menſem, tam diu quàm commiſſarii Tridenti agerent & redirent. Clerus in hanc taxam conſenſit, eâ conditione, ut non reputarentur comprehenſi ſub conſenſu Prælatorum, & ſine præjudicio libertatum & immunitatum ſuarum, ac ſine conſequentia. Sic conſenſum Cleri ſecularis acceptavit Imperator, ut patet ex litteris deſuper confectis Bruxellis 5. julii 1551. relatis *Dipl. Belg. Tom. IV. P. I. cap.* 88.

Inter

Inter Deputatos è Belgio hoc anno missos, erant S. T. DD. *Ruardus Tapperus*, *Joannes Leonardi*, *Judocus Ravesteyn* & *Franciscus Sonnius* Canonicus & Inquisitor fidei in Ecclesia Ultrajectina, qui anteà primis Sessionibus interfuerat anno 1545. cum Episc. Tornacensi, dein factus primus Episcopus Buscoducensis & tandem primus Antverpiensis.

Anno 1551.

Deputati à Belgio ad Concilium.

Senatus interim continuò agebat ad promovendam mercaturam, & ad mercatoribus procurandas commodas sedes, & loca opportuna exercendæ mercaturæ. Hinc nuper è medio civitatis ad extrema illius transferri curaverat Infirmariam, Gerontocomium septem Profusionum & Alexianos. Hoc autem tempore in eundem finem desiderabat similiter transferri hortos sagittariorum, qui siti erant, ubi nunc splendidum ædificium dictum *Tappissiers-pant*. Ad hoc autem delegit fundum retrò Hospitale in pratis ejusdem, dictis *Gasthuys-beemden*: sed hospitalariæ, quia prata ista sibi commoda & necessaria essent pro pascendis pecoribus suis, ea vendere recusabant.

Horti sagittariorum transferuntur.

Recurrit itaque Senatus ad Imperatorem, cui exponit necessitatem civitatis, & procurandam indemnitatem Hospitalis. Ab eo itaque tandem consensum obtinuit ad fundum istum redimendum, sub ea tamen conditione, ut priùs impetraret consensum à Pontifice vel ab ordinario earum Judice ecclesiastico. Petivit autem Senatus consensum ab Episcopo Cameracensi; quo obtento desuper initus fuit contractus hoc anno 1551. ult. septembris: ut latiùs patet ex Scabinalibus Litteris desuper confectis, quas ex originali subjungo.

Ad *Gast-huysbeemden*.

Anno 1551.

Contractus desuper inter Senatum & Hospitalarias.

Ex Archivis Hospitalis.

WY BURGEMEESTEREN , Schepenen , Tresoriers , Rentmeester , Raedt , Poiteren ende gemeene Ingesetene van der Stadt van Antwerpen maken condt ende kenlick allen den genen , die dese onse letteren zelen sien oft hooren lesen , dat want om te helpen opbrengen ende furnieren die grote schulden , lasten ende 't achterheyden , daer inne dese Stadt gevallen was , overmits de fortificatien der selver , by den drye Leden deser Stadt onder meer andere middelen over lange geadviseert ende gesloten waere geweest , dat dese stadt de Schutters hoven ende erven tot haer nemen ende de selve vercoopen soude ; mits de schutters deser Stadt bewysende andere plaetse , om hen spel ende recreatie te hanterene.

Ende alsoo dien achtervolgende Wy alle neerstigheyt gedaen hebben , omme den selven Schutters daer toe eene gelegene plaetse te gevene ende te bewysen : ende egeene bequamer consten gevinden , dan sekere erve gelegen achter ende aen 't groot Gast-huys binnen deser Stadt , wesende in der quantityt van sesse hondert en vyf en't seventtich Roeden. En alsoo Wy der Meesterse ende andere van den Convente van den voors. Gast-huyse aensocht hadden , deser Stadt de voors. erve te willen overlaten , mits hen daer vore genoegsaeme recompense gevende ; welker versueke niet tegenstaende , en wilden die van voors. Gast-huyse doer toe niet verstaen.

Soo dat by heure wygeringe ons van noode is geweest , omme te mogen furnieren dien van den Gulden heure voors. Schutters-hoven in recompensatien van den genen , die zy verlaten ende overgeven souden , ende daer mede dese Stadt haer profyt in meyninge was te doene ; 't zelve onsen aldergenaedigsten Heere den KEYSER

by

by supplicatie te verthoonen ende te kennen geven, omme daer oppe te willen versien met sijnder Majestyts behoorlijcke brieven van Octroeye, in ende tot sulcken zaken dienende; ende dat doende eenige Commissarissen te deputeren, omme de voors. erven te visiterene ende hen te informerene op't profijt, schade oft interest, d'welke deser Stadt ende die van den selven grooten Gast-huyse, by 't geene des voorseyt is, respective soude mogen hebben ende lyden. Anno 1551.

Ende alsoo by de informatie ende besoingne van der voors. Commissarissen sijnder Majestyts Raede gebleken is, dat't voors. ons versueck op redene stonde, ende d'effect van dien den voors. Gasthuyse grootelijcx profiteren soude, in vuegen als by ons versocht ende geproponeert was.

Soo is't dat de selve sijne Majestyt de saken voors. overgemerckt by deliberatie van Raede ons geoctroyeert ende geaccordeert heeft uyt sonderlinge gratie, dat wy d'erve van den voors. Gast-huyse boven gementioneert souden mogen vercrygen, aenverden ende employeren totten Schutters-hoven deser Stadt, naer uytwysen van den besoeke ende verclaringe by ons daer af den voors. Commissarissen gedaen. Behoudelick nochtans, dat Wy daer op verwerven souden 't censent van onsen heyligen Vader den Pauws *oft van den* Geestelyken ordinaris Rechter, *dien 't behooren soude: ende dat wy schuldich souden wesen voor elcke roede der selver erven den voors. Gast-huyse te betalene of bewysen vyf-en-twintich stuyvers 't jaers erflijkere renten ende die wel en deughdelijk moeten besetten ende hypothiceren op d'incomene deser Stadt; ende voorts tot cost van deser Stadt moeten effectueren andere saken tot gerieve ende vrydom van der erven, die den selven van den Gasthuyse hieren-boven*

Consensus Principis.

Si consentiat Ordinarius Ecclesiasticus

Anno 1551. *en-boven bliven soude : alles na vermogen van den openen brieve van Octroey ons daer oppe verleent ende geëxpedieert onder sijnder Majestyts segele den achsten dagh van augusti in den jaere ons Heeren duysent vyf-hondert ende vyftich, ende geteekent op de plycke by den Audientier Verrycken.*

Consensus Episcopi. *Ende alsoo wy desen achtervolgende insgelykx verworven hebben het consent van onsen alder-eerweerdigsten Heeren ende Vaders in Gode des* Bisscoppen *ende Hertoge* van Camerycke, *aengesien dat de voors. erve geadmortizeert ende tot Godts dienste ende onderhoudenisse van den armen menschen gelaeten is geweest, die in de alienatie ende opdracht van der selver erven totter stadt behove, mits der bewysinge ende assignatie van vyf-en-twintich stuyvers voor elke roede tot sesse-hondert ende vyf-ent'seventich roeden ende niet voorder, ende op andere conditie in de selve opdracht voor Shepenen alhier daer af gedaen ofte te doene nader gespecificeert, insgelijkx geconsenteert heeft gehad. Soo is't dat wy... bewysen ende assigneren mits desen elck jaers erstijck acht-hondert dry-en-veertig Carolus guldens ende vyf-thien stuyvers spaincen munte t'jaers erslijcker renten... welke voors. Renten wy geloost hebben ende geloven... te betalene... van jare tot jare totter tyt en wylen de voors. rente gelost sal wesen...*

In kennissen... op ten lesten dag van september in't jaer ons Heeren als men screef MCCCCC. ende een-en-vyftich.

Conditiones ex parte Hospitalis. Conditiones ex parte hospitalis, de quibus in relatis litteris fit mentio, referuntur in Litteris Scabinalibus eodem die super translatione dicti fundi confectis. Inter illas autem hæ leguntur.

Ex Archivis ejusdem. 1. *Dat de Stadt gehouden sal wesen op haren*

cost

cost op te erve, die't Gast-huys behoudende blyft, van stonden ane te hersettene het Wagen-huys ende de Schure van de selven Gast-huyse, ende dat ter plaetse daer't der voors. Moeder ende geprofessidę goetduncken sal, achtervolgende den presentatie daer aff by der Stadt gedaen. Horreum illud per Civitatem translatum est in locum, in quo adhuc hodie extat. Anno 1551.

2. *Item dat de Stadt gehouden en schuldich sal wesen van stonden ane te openen de* Ryole *van den voors. Gast-huyse comende onder de voors. vercochte erve, alsoo die voormaels geweest is, ende ten tyde van* Martene van Rossem *gestopt wert. Ende oock de selve* Ryole *soo verre als die onder de voors. vercochte erve streckt, tot eeuwigen dage t' onderhoudene op haren cost.*

3. *Item dat de Stadt gehouden sal wesen 't voors. Gast-huys te laten genieten van der vryheyt ende immunityt van de oude assysen ende andere vryheden ende immunityten den selven Gast-huyse naer recht ende constuymen competerende....*

Anno 1552. JULIUS PP. III. concedit CAROLO Imperatori ob singularia merita ergà fidem catholicam & Ecclesiam, ut per tres menses à die, quo exhibita fuerit bulla, possit nominare personas ecclesiasticas ad singulos Collatores & collatrices in toto belgio austriaco sibi subjecto, ut ipsis provideant de beneficio, officio vel dignitate ecclesiastica &c. seculari curato aut non curato; & quod possit nominare Episcopos aut aliòs in dignitate constitutos, qui nominationem istam executioni mandent. Vidi copiam litterarum, quibus Imperator nominat Egidium le Clerck Antonio Perrenot Episcopo Atrebatensi & præposito Ecclesiæ collegiatæ S. Odomari executoribus à se dilectis, ut 1552.

Pontifex concedit Carolo V. ut nominet personam ad singulos Patronos in Belgio.

Anno 1552.

ut ipsi provideri curent per Priorissam Hospitalis Antverpiensis datarum Bruxellis 19. julii 1553., quibus jungitur Copia litterarum dicti Perrenotti, quibus præfatum Ægidium nominat ad collationem dictæ priorissæ, datarum Bruxellis die 24. julii 1553. In illis autem inserta est integra Bulla Pontificis data Romæ Idibus augusti 1552. & Litteræ Imperatoris, quibus nominat dictos executores datæ Bruxellis 19. jul. 1553. Asservantur in Archivis dicti hospitalis.

Leprosarium in *Dambrugge* extructum

Hoc tempore Leprosi, communiter dicti *Velt-zieken*, qui non inhabitabant Leprosarium *Ter-zieken*, iterum sparsim degebant in suburbio. Cum autem hoc incongruum judicaretur ob periculum infectionis, decrevit Senatus eos in locum unum congregare, ipsisque domunculas ædificare; quod & perfecit extrà portam rubram juxtà *Dam-brugge*; ubi Leprosarium illud adhuc subsistit & à leprosis inhabitatur. Cum autem leprosi illuc translati essent, mandavit Senatus, ut diebus Dominicis & festivis simul cum suo Decano vadant ad Missam in S. Willibrordi, Parochiam suam: sic tamen, ut maneant extrà Ecclesiam, & finitâ missâ simul domum redeant sub magna pœna. Constant hæc ex decretis Senatûs desuper datis 27. aprilis 1552. & 9. aug. 1553.

Domus *het Maeghdenhuys* fundatur.

Hoc etiam anno fundari cœpit *Adolescentularum domus* viâ *de Gast-huys-straet* inter Tertiarias & Hospitale majus, prope vel in fundo vetustæ fundationis dictæ *het Vrouwkens-huys*. Suprà Portam domûs habetur sculptura in candido lapide repræsentans ad quid domus serviat; à dextris repræsentantur matronæ docentes adolescentulas; à sinistris matrona in porta domûs receptans filiolas à matribus oblatas.

Plures

Plures habuit Fundatores. In aula domûs sub statua lapidea legitur hæc inscriptio : D. *Guilbertus de Schoonbeeck pro parte huius fundi fundator.* ANNO 1552. Fundatores.

Maximas tamen partes in hac fundatione habuisse videtur is , de quo , tamquam ignoto, fit mentio in inscriptione suprà portam domûs infrà dictam sculpturam , quæ sic habet. Joan van de Meere Mercator.

Tot eerlick onderhoudt van meyskens cleene ,
Die namaels duer armoede mochten sneven ,
Heeft een godtvruchtigh Man wt liefden alleene ,
Dit Godts-huys wel begaeft onbekent in d'leven.

Vir autem ille demùm innotuit post mortem ; quando gratitudinis ergò præmissæ inscriptioni subjuncta sunt sequentia , quæ minoribus litteris expressa adhuc ibidem leguntur : *Desen goeden man is wt dit leven gescheyden den* XIX. *November MDLXII.* , *hy heeft geleeft* LXXXIII. *jaren , ende was genaemt Jan van der Meere coopman alhier.*

Hic autem Joannes van der Meere , dum ignotus erat , dedit Cameræ Eleëmosynariorum in prædictum finem censum 600. flor. carolinorum annuè sub hac (inquit Papebrochius *Annal. Ms.*) conditione , ut „ ad præcavenda gravia „ incommoda , quotidiè obvenientia pauperibus „ puellis , à Camera prædicta sustentandis , „ dum eæ promiscuè elocantur quibuscumque „ eas quàm minimo pretio educandas suscipien„ tibus ; qui deindè earum aut nullam , aut „ exiguam curam gerunt , nemine deinceps „ iisdem intendente ; unde contingit eas sæpe „ ad prostitutionem pudoris & morbos eam con„ sequentes pauperiemque delabi ; neque ampliùs „ honestè elocabiles rursùm remitti in gravamen Ejus primum donum. Intentio fundatoris.

„ ipsius

Anno 1552. „ ipsius Cameræ sustentandas & curandas ; si-
„ cuti experientia docuit. Ad isthæc, inquam,
„ præcavenda præscribitur, ut ipsi Eleëmosy-
„ narii tam præsentes, quàm pro tempore fu-
„ turi, obligentur perpetuò intrà sex proximos
„ menses ejusmodi puellas, quàm primùm ætatis
„ annum octavum attigerint, ad se recipere &
„ intrà hanc Civitatem apto loco collocare ; ubi
„ eis faciant præberi sufficientem & convenien-
„ tem cibum, potum, lectum, laneam li-
„ niamque & cætera necessaria ; neque per-
„ mittant easdem mendicare per vicos & plateas.
„ Obligentur etiam eisdem providere de duabus
„ ut minimùm magistris, unâque ancillâ, quæ
„ ipsas quotidiè doceant legere ac scribere teu-
„ tonicè & gallicè, calculare, suere, texere,
„ nere, lavare, tergere & quodvis domestici
„ ministerii opus facere ; ipsas etiam debeant
„ purgare à sordibus, quibus ea ætas obnoxia
„ est, aliisque necessitatibus providere. Quæ
„ omnia, ut debitè compleantur, ipsimet
„ Eleëmosynarii cum uxoribus suis tenebuntur
„ identidem invigilare.

Donum ejus per testamentum. Idem dein, ut *Papeb. ibid.*, per testamen-
tum suum eidem domui notabile donum contu-
lit : in eo enim „ jubet post sex à morte sua
„ hebdommadas, in virtute privilegii ipsis dati
„ à Cæsare & Duce Brabantiæ anno 1553. 13.
„ julii, Eleëmosynariis tradi ædes, quas in-
„ habitabat, cum adjuncto eis fundo hortensi &
„ lintearià planitie, suoque egressu 32. decem-
„ pedarum & pedum 43. circiter, justo titulo
„ ad se spectantes & sitas in civitate Antver-
„ piensi viâ Cipdorpiâ cum omnibus attinentiis ;
„ idque ad usum inventitiarum pauperum vir-
„ guncularum commorantium in domo sita inter
„ majus Nosocomium & monasterium Tertia-
„ riarum. Eâ conditione, ut ipsas ædes ac

„ fun-

„fundos debeant Eleëmosynarii in perpetuum Anno
„possidere atque conservare ad effectum præ- 1552.
„notatum, atque ad ipsas puellas ex proventuro inde reditu sustentandas, donec fuerint „ad statum ecclesiasticum vel secularem . . . elocatæ."

Domus ista sita est in Kipdorp è regione trium talparum, signo etiamnum ibidem noto.

Ad hanc domum transferuntur filiolæ è domo *het Vindelingen-huijs*, dum adoleverint; educanturque ibidem & docentur, donec sibi sufficiant. Habet domus Capellam annexam, in qua indies divina peraguntur.

JOACHIMUS à PUTEO Antverpiensis, Ordinis, S. Francisci quos Bogardos vocant, suis Antverpiæ ac Middelburgi præfuit, & montibus S. Gertrudis virginibus sacris fuit à confessionibus. Scripsit vernacule *Conceptiones in VII. effusiones sanguinis Domini. De VII. doloribus B. Mariæ virginis. Præparationes ad SS. Eucharistiam* & *speculum virginum*, ut refert Fop. *Bibl. Belg pag.* 558. Obiit hoc anno 1552. 21. febr Tongris.

Joachim à Puteo Bogardus.

Cum jam omnes Religiosæ Hospitalis acceptassent Reformationem à duobus annis introductam (non enim apparet, ullam juxtà potestatem sibi factam ad aliud monasterium transiisse) & sufficienter instructæ essent; contenderunt, juxtà Privilegia sua, sibi licere eligere Priorissam è gremio suo, & institutam in reformatione posse dimittere. In eo autem consenserunt Vicarii Episcopi; & consequenter processerunt ad electionem, elegeruntque *Barbaram Bocaerts*; cujus electionem Episcopus approbavit & confirmavit per Litteras desuper datas, quas ex originali subjungo.

1553.

In Hospitali post reformationem eligitur nova Priorissa.

„ROBER-

Anno 1553.

Electio confirmatur per Epis.

Ex Archivis Hospitalis.

„ ROBERTUS DE CROY Dei Gratiâ Episcopus
„ & Dux Cameracensis sacri Imperii Princeps,
„ Comes Cameracesii &c. Universis & singulis
„ præsentes Litteras visuris salutem in Domino
„ sempiternam.

„ Pro parte Religiosarum nobis in Christo
„ dilectarum filiarum Sororum BARBARÆ BO-
„ CAERTS Priorissæ seu Matris & Rectricis no-
„ viter electæ, *Catharinæ van Wintelre*, *Ja-
„ cobæ van Stijle*, *Jacobæ Daems*, *Mariæ de
„ Brunne*, *Sussannæ Goessens* & *Catharinæ van
„ den Velde* Religiosarum professarum monaste-
„ rii seu hospitalis beatæ Mariæ virginis, vul-
„ gariter sanctæ Elisabeth nuncupati, civitatis
„ Antverpiensis nostræ Diocesis, nobis nuper
„ oblata petitio continebat.

Anno 1246.

„ Qualiter aliàs felicis recordationis INNOCEN-
„ TIUS Papa quartus, inter diversa alia privi-
„ legia dicto Hospitali ejusque Religiosis pro
„ tempore gratiosè concessa, statuit & ordina-
„ vit, quod obeunte dicti Hospitalis Priorissâ
„ nulla ibi quâlibet surreptionis astutiâ præpo-
„ natur, nisi quam Sorores communi consen-
„ su vel earum major pars consilii sanioris
„ secundùm Deum & beati Augustini Re-
„ gulam providerint eligendam.

Anno 1437.

„ Quodque dictæ Sorores, nedum juxtà præ-
„ tacta & alia Privilegia, etiam per recolendæ
„ memoriæ PHILIPPUM Burgundiæ, Lothariæ,
„ Brabantiæ &c. Ducem approbata & confir-
„ mata; verùm expressam quoque dicti Ducis
„ ac Principis voluntatem & ordinationem,
„ iisdem Privilegiis & præsertim jure eligendi
„ aliisque gratiis & concessionibus hactenùs
„ pacificè & quietè usæ & gavisæ fue-
„ runt.

„ Cumque, ut dicta petitio subjungebat,
„ tempore Reformationis novissimæ inibi nostro

„ de

„ de mandato introductæ, dilectissimi nostri Anno
„ Vicarii generales Bruxellis residentes declarave- 1553.
„ rint & protestati fuerint, quod per illam
„ privilegiis statutisque dicti Hospitalis, antiquitùs
„ concessis, derogare non intendebant; sed ea
„ ipsa, dummodo dictæ Reformationi non
„ contrarientur, confirmare & corroborare,
„ prout in certis aliis, nostris super hoc
„ confectis Litteris salvis, constare assere-
„ bant.

„ Iidem Vicarii nostri præmissis aliisque ratio-
„ nibus moti, die decimâ-septimâ mensis apri-
„ lis novissimè elapsi, supportatâ Sorore *Ca-
„ tharinâ van Estvoirt* religiosâ professâ in
„ Hospitali sancti Johannis Opidi Bruxellensis
„ (quæ inibi per modum provisionis dumtaxàt
„ pro introducenda reformatione prætacta nostrâ
„ auctoritate collocata extitit) dictis Sororibus
„ inibi professis, hoc ipsum quoque humillimè
„ petentibus & supplicantibus, electionem
„ novæ Rectricis more consueto liberam per-
„ miserunt; salvo quod in primis & ante om-
„ nia in manibus ipsorum Vicariorum nostro-
„ rum solemniter promitterent, Statuta & Or-
„ dinationes Reformationis nostræ prætactæ,
„ tam quoad habitum quàm infirmorum dili-
„ gentem curam & obsequium, aliaque omnia
„ & singula ad illam necessaria & oportuna
„ (quatenùs humana fert fragilitas) districtè ob-
„ servare.

„ Quâ quidem promissione per ipsas & ea-
„ rum quamlibet solemniter factâ; præviâque
„ piâ quâdam exhortatione per religiosum vi-
„ rum fratrem *Matthiam Verryt* Priorem mo-
„ nasterii Prædicatorum dicti Opidi Antverpien-
„ sis habitâ, ad novæ Matris sive Rectricis
„ electionem per viam scrutinii, quam ibidem
„ practicare consueverant, processerunt, an-

Anno 1553.

„ tedictis Vicariis nostris eandem dirigentibus ac
„ vota seu suffragia ipsarum recipientibus : qui-
„ bus separatim collectis compertum fuit , om-
„ nes & singulas Sorores prænominatas in dilec-
„ tam nobis in Christo Sororem *Barbaram Bo-*
„ *kers* Religiosam dicti Hospitalis expressè pro-
„ fessam vota suffragiaque sua unanimiter di-
„ rexisse , eamque Matrem sive Rectricem dic-
„ ti Hospitalis elegisse : ac proindè electione
„ hujusmodi per præfatos Vicarios nostros ipsis
„ eligentibus debitè publicatâ & ab eisdem ap-
„ probatâ dictæque electæ præsentatâ , tametsi
„ se indignam agnosceret , nolens tamen neque
„ audens Spiritui sancto & illius , ut speraba-
„ tur , instinctui & inspirationi resistere , con-
„ fisa quoque de favore & assistentia suarum
„ consororum , electioni hujusmodi de se fac-
„ tæ assentiit ; dictique nostri Vicarii , recepto
„ priùs ab eadem Sorore *Barbara* solemni ad
„ sancta Dei Evangelia juramento , quo pro-
„ misit Nobis nostrisque successoribus ac Vica-
„ riis , seu Commissariis ad visitationem dic-
„ ti Hospitalis commissis seu committendis obe-
„ dientiam , reverentiam & honorem debitas
„ præstare & exibere ; quodque Statuta Refor-
„ mationis nostræ novissimè ibidem introductæ
„ & institutæ diligenter pro posse observabit &
„ observari faciet , quàm diu Rectoratui hujus-
„ modi præfuerit ; nec non quod bona ejusdem
„ Hospitalis fideliter administrabit , & si quæ
„ sint alienata , recuperabit ; eandem sic , ut
„ præmittitur , electam antedicti Hospitalis *Ma-*
„ *trem* & *Rectricem* præfecerunt & instituerunt ,
„ ipsique in signum veræ & realis possessionis
„ ejusdem Hospitalis claves tradiderunt. Atque
„ deindè successivè omnes & singulæ Sorores
„ Religiosæ prædictæ eidem Matri & Rectrici
„ obedientiam debitam in & ad manus ipsius &

„ per

„ per osculum pacis voverunt , seu votum & „ obedientiam debitam renovârunt. Anno 1553.

„ Quocircà pro parte eligentium & electæ „ Nobis fuit humiliter supplicatum , quatenùs „ electionem prætactám cum omnibus & singu- „ lis subsecutis auctoritate pontificali & ordina- „ riâ laudare approbare & confirmare , aliàsque „ in præmissis oportunè providere dignare- „ mur.

„ Nos igitur de præmissis omnibus & singu- „ lis , deque vita & moribus & idoneitate præ- „ fatæ electæ per relationem dictorum Vicario- „ rum nostrorum sufficienter & ad plenum in- „ formati , gaudentesque in Domino de dicta- „ rum Sororum tam unanimi electione , ean- „ dem sic , ut præmittitur , factam , cum „ inde secutis quibuscumque , ratam & gratam „ habentes ; & defectus quoslibet , si qui in- „ tervenerint in iisdem , supplentes , illam ac „ illa auctoritate nostrâ prædictâ laudamus , „ approbamus & confirmamus : dictamque So- „ rorem *Barbaram Bokkerts* Matrem & Rectri- „ cem sæpèdicti Hospitalis de novo , quatenùs „ opus fuerit , præficimus ; eidemque hospitali „ de eâ tamquam Matre & Rectrice provide- „ mus ; regimenque & administrationem ejusdem „ in spiritualibus & temporalibus ipsi commit- „ tentes præsentium per tenorem.

„ In quorum omnium & singulorum fidem „ & testimonium præmissorum præsentes exinde „ fieri & per Secretarium nostrum infràscriptum „ subscribi , sigillique nostri jussimus & fecimus „ appensione communiri. Datum & actum „ Bruxellæ dictæ nostræ Diocesis anno Do- „ mini millesimo quingentesimo quinqua- „ gesimo tertio , mensis may die octa- „ vâ . . .

Anno 1554.

Eleëmosynarum distributio in S. Salvatoris.

Hactenus Eleëmosynaria, fundata per PETRUM POT sub directione monachorum Cisterciensium ad S. Salvatoris, fuerat in prospero statu, ita ut juxtà mentem fundatoris hebdomadatim statuto die fierent distributiones confluentibus pauperibus. Nuperrimis autem annis occasione belli contrà Gallos tanta confluxerat copia pauperum, ut impar esset ad continuandas solitas distributiones.

Hinc Religiosi recurrunt ad Senatum requirentes testimonium magnarum distributionum, quas dictis annis fecerant, & miseri statûs ad quem Eleëmosynaria per eas devenerat. Indubiè autem testimonium illud petiverunt ad faciendam solemnem collectam apud pios, quo pium hoc opus restitueretur in pristinum statum. Testimonium autem illud facilè obtinuerunt, referturque apud Sanderum *Chor. S. Abb. S. Salvatoris Cap. III.*, undè illud hìc meretur subjungi.

Testimonium Senatûs desuper.

„ OMNIBUS hasce visuris vel audituris salutem. CONSULES, SCABINI & SENATUS civitatis Antverpiensis notum facimus, ac veritate rei protestamur, nos verè totaliterque esse informatos, quod tempore durationis præsentis hujus belli in Galliam ad distributionem, quæ fit in monasterio S. SALVATORIS, vulgò dicto PETRI POTS in hac civitate, singulis hebdomadibus diebus mercurii præterpropter venerint circiter duo millia trecenti aut quadringenti pauperes, quibus omnibus & singulis præ more impendi solet unum pondo seu libra panis: quod singulis septimanis accessit ad numerum præterpropter octodecim, novemdecim aut viginti quartariorum siliginis.

Participantes.

„ Quo pauperum numero similiter comprehenduntur & partem suam habere debent

„ *insen-*

„ *insensati* civitatis numero viginti ; *pueri* pu- Anno
„ blicè *prostituti* numero quinquaginta ; *captivi* 1554.
„ circiter viginti, *Fratres Alexiani* octodecim,
„ ac tandem *Sorores nigræ* numero sedecim.
„ Itidem quod desuper prænominatum monaste-
„ rium præter quatuor asses, quos in usum
„ *Captivorum* expendere solet, teneatur ad
„ duos florenos domesticis pauperibus hujus
„ civitatis septimanatim conferendum ; uti con-
„ stat in ultima computatione ; in eodem mo-
„ nasterio duobus Scabinis præsentibus ex Se-
„ natu desumptis, hoc anno quinquagesimo
„ secundo factâ, confirmatâ & clausâ ; inven-
„ tumque sit, expensas factas ad usum *paupe-*
„ *rum* domesticorum aliorumque *agrorum* de-
„ cumbentium, nec non *captivorum* provenire
„ ad summam viginti sex ponderorum monetæ
„ Brabanticæ semel ; sine eo quod idem mo-
„ nasterium ex gratia ad usum specialium pau-
„ perum personarum distribuerat, idque pro-
„ veniens ad summam duodecim ponderorum
„ aureorum cum duodecim solidis monetæ Bra-
„ banticæ.

„ Insuper quod expressè reperiatur tam per
„ computus factos quàm aliunde, quod prænomi-
„ natum monasterium civitati debeat quantitatem
„ quingentorum quartariorum siliginis occasione
„ mutuæ siliginis, quam præfata civitas in ne-
„ cessitate eidem monasterio præstitit ac com-
„ modavit : ita ut personæ prænominati mo-
„ nasterii ad illas distributiones tenendas & con-
„ servandas, secundum declarationem compu-
„ tûs facti, non ampliùs habeant aut transcen-
„ dant, nisi quantitatem quadragintorum quar-
„ tariorum cum medio siliginis ; nec aliàs illis
„ provisum esse, nec provisionem alterius fru-
„ menti ad illam sustentationem in granariis ha-
„ bentes sint ; quod tamen ad tantam tamque

Anno 1554. „ onerosam distributionem tenendam & conti-
„ nuandam admodum foret necessarium , sine
„ fraude aut dolo attestantes , & occasione
„ istius sigillum præfatæ civitatis hisce Litteris
„ appendi jussimus 29. die martii anno Domini
„ nostri MDLIV. post Pascha. *Erat signatum*
„ A. Grapheus.

1555. CAROLUS V. Belgium cedit Philippo filio.

CAROLUS V. Imperator , Hispaniarum Rex , Princeps Belgii , cum se corpore deficere sentiret , quod dudum proposuerat exequi , filioque PHILIPPO Regna Ditionesque omnes tradere statuit. Octavo septembris ex Anglia venientem excipit , in eumque 26. octobris Bruxellis in solemni Ordinum Conventu transfert Belgium & posterâ die reliqua Regna , reliquum vitæ transacturus in Hispania ; quo decessit 7. septembris anni sequentis ; & ibidem in monasterio D. Justi ordinis Eremitarum D. Hieronimi piè obiit decimo kal. octobris 1558.

Obiit.

Carolus , qui strenuè semper egit ad præservandum Belgium contrà ingruentes hæreses , & contrà seditiones inde sequentes , varia Privilegia à Pontifice obtinuit annis 1515. & 1516. , ut suprà vidimus.

Eodem anno 1515. obtinuit Bullam contrà Clericos , qui , neglectâ trinâ monitione superiorum , negotiis secularibus se immiscent & habitu non incedunt. *Edict. Brab. Tom. I. Lib. I. Tit. I. Cap.* 17.

Ejus pia opera.

Anno 1520. Aquis-grani coronatus Imperator in ecclesia B. Mariæ , receptus ibidem Canonicus , eidem Ecclesiæ varia donaria reliquit. Miræi *Dipl. Belg. Lib. I. cap.* 115.

Eodem anno Bruxellis , ubi hactenùs tantùm erant duæ Ecclesiæ Parochiales , nempè D. Gudilæ & B. M. de Capella , tertiam in parochia-

rochialem erigi curavit D. Gaugerico sacram. *Dipl. Belg. Tom. IV. p. I. cap.* 80. Anno 1555.

Anno 1522. petivit & obtinuit à Pontifice facultatem mittendi in Indias missionarios præcipuè ex ordine FF. Minorum de observantia, juxtà quam inter alios misit tres fratres Minores Belgas, qui ibidem cum fama sanctitatis obierunt. Ibidem *Par. IV. cap.* 129.

Anno 1541. quum quæstio suborta esset Gandavi, occasione translationis Capituli D. Bavonis ad S. Joannis, inter ipsum capitulum ex unâ & curatos ac Rectores fabricæ hujus Ecclesiæ ex altera parte; CAROLUS quæstiones finivit, decreto sanciens, qualiter cultus divinus observaretur, *Dipl. Belg. Tom. II. P. II. cap.* 153. Anno 1546. curat restitui disciplinam ecclesiasticam in Dodoniensi nobilium Domicellaram Abbatia non longè à Valescentis. *Dipl. Belg. Tom. IV. P. II. cap.* 137.

Anno 1549. confirmat privilegia omnia Abbatissæ & Capituli utriusque sexûs Nivellensis. *Ibidem. cap.* 138.

Anno 1553. mandat restitui bona atque mobilia Ecclesiæ cathedralis Morinensis, paulò ante in direptione ejusdem civitatis ablata. *Dipl. Belg. Tom. III. P. I. cap.* 234.

Egerat etiam Princeps hic pro erectione novorum Episcopatuum in Belgio; sed continuis bellis agitatus rem ad optatum finem non perduxit. Interim cedens Regna filio erectionem illam plurimùm commendavit; imò & mandavit tamquam unicam rationem conservandæ Religionis in Belgio. Id *Philippus* dein scripsit ad sororem gubernatricem his verbis: *induci se ad augendum eo potissimùm tempore Pastorum numerum; quòd... consilium imperiumque Patris hæreret animo, qui hanc unam esse rationem procurandæ in Belgio Religionis* Cura pro erectione Episcopatuum.

Anno 1555. *edocuerat.* Strada *de Bello belg. tom. I. pag.* 36.

Maria Gubernatrix moritur.

Eodem die, quo CAROLUS ditiones has filio cessit, MARIA Regina Hungariæ soror ejus, quæ Belgium Gubernaverat, in eodem Conventu munus illud deposuit. Viginti quatuor annis gubernaverat chara ob prudentiam. Decessit cum fratre in Hispaniam, ibidemque obiit anno 1558. paucis diebus post fratrem, cum pararet reditum in Belgium.

Philippus II. Hispan. Rex Marchio.

PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex, in quem pater dominia sua transtulerat, sequenti die Bruxellis inauguratus est Princeps Belgii, dato acceptoque sacramento à singulis Provinciarum deputatis.

Instructiones pro Inquisitoribus renovat.

Vix autem Princeps hic regimen adierat, quin insistens vestigiis pii Patris, ad eliminandos omnis generis sectarios, Inquisitionem introductam anno 1550. per Patrem confirmaret & observari mandaret; ideoque Instructiones & limitationes potestati Inquisitorum præscriptas per Cæsarem renovavit ac de novo publicavit hoc anno 1555. per diploma datum Bruxellis, quod refertur. *Edic. Brab. Tom. I. lib. I. tit. II. cap.* 2.

Inquisitio pro Antverpiensibus suspensa.

Antverpienses autem, sicut anno 1550., sic & hoc anno Aulæ rationes exhibuerunt, ob quas Antverpiæ exercitium illius tribunalis minimè conveniret; unde iterùm dilationem obtinuerunt.

Conventicula Sectariorum Antverpiæ.

Interim sectarii Antverpiæ gliscebant & occulta conventicula habebant. Senatus autem continuò invigilabat juxtà Edicta Principis; nuper prædicutium eorum deprehenderat & morte punierat. In locum illius per sectarios assumptus est *Gasper van der Heyden* Mechliniensis, qui anno ætatis circiter 18. Antverpiam venerat ad discendam & exercendam artem sutoriam. Hic

cum

cum suis, qui pauci adhuc erant, secreta conventicula tenebat, semper in diverso loco qui singulis vicibus singulis indicebatur, nè detegerentur. Post hæc diu Antverpiæ subsistere non potuit, eo quòd Edicta contrà sectarios rigorosè observarentur; unde conquisitus, videns quod nullibi in tuto esset, decessit in Palatinatum. Constant hæc ex Epistola dicti *Gasparis* hoc anno 17. decembris Antverpiâ scripta ad sectarios Embdenses, quæ refertur in vernacula *descriptione* hæterodoxæ *ecclesiæ Frisiæ orientalis* editâ anno 1738. per E. Meiners prædicutium Embdensem *pag.* 365. Hi ex infrà referendis videntur fuisse anabaptistæ. Anno 1555.

Anno 1516. CAROLUS Austriacus statuerat Antverpiæ celebrare comitia aurei velleris, omniaque jam parata erant in Ecclesia matrice: sed propter grassantem pestem celebrata tunc sunt Bruxellis. PHILIPPUS autem filius ejus Comitia dicti Ordinis hìc celebraturus Antverpiam venit 18. januarii 1556. die sabbato, ibidemque solennissimâ pompâ receptus est. Ecclesia B. Mariæ, in qua celebranda erant Comitia, sumptuosissimè ornata erat: Chorus circumornatus erat rubris pannis holosericis & auro intextis; in templi cruce circumpensa erant serica auro intexta tapetia, Thunetana prelia repræsentantia: ecclesiæ navis ornata erat vetustis & pretiosis tapetiis Ordinis aurei Velleris. 1556. Philippus II. Comitia aurei velleris celebrat Antv.

Pro inchoandis Comitiis Rex comitante Clero die martis 21. januarii post meridiem venit ex Abbatia S. Michaëlis ad Ecclesiam B. Mariæ auditurus ibidem Vesperas. Plateæ, quas transibant, sumptuosè erant ornatæ. Equites dicti Ordinis vestiti erant rubris holosericis, duplicatis pellibus pretiosis, longas habentes togas cin- Acta primâ die.

gulo

Anno 1556. gulo cinctas & capita cappis tecta. (- ronde Rol-cappruynen.)

Sequenti die sic redibant ad ecclesiam ante meridiem, ibidemque præsentes fuerunt in solemni Missa, celebrata per *Georgium d'Egmont* Episcopum Ultrajectinum. Post quam solemniter traditum est aureum Vellus eis, qui creabantur Equites dicti Ordinis; inter quos ex belgicis proceribus erant *Philippus Croyus* Dux Arschotanus, *Carolus* Baro *de Berlaimont*, *Philippus de Stavele* Baro de Chaumont, & *Joannes* Comes Ostfrisiæ; ex Marchionatu autem nostro *Joannes de Berges* Marchio Bergizomensis & *Guilielmus de Nassau* Princeps auriacus Bredæ Dominus. His peractis redeuntibus simul, equis insidentibus, Heraldus utrimque novos seminabat nummos aureos & argenteos usque ad officinam monetariam.

Creati vovi Equites.

Secundâ die

Eodem die post meridiem Rex cum Equitibus redit ad Ecclesiam auditurus vigilias pro defunctis Equitibus: omnes autem tunc vestiti erant in nigris. Sicque vestiti sequenti die venerunt ad Missam, quæ celebrata est per Suffraganeum Cameracensem. Omnes vocabantur ad offertorium candelas manu gestantes. Septemdecim autem Equites obierant à tempore, quo CAROLUS ultima Comitia celebraverat; pro quorum singulis supremus Heraldus oblationes ferebat: & tunc illorum candelæ extinguebantur dicendo, Obiit (*trèpassè*) Pro vivis autem absentibus Eques Ordinis ad Offertorium ibat.

Tertiâ die.

Eodem die post meridiem Rex cum Equitibus rediit iterum ad Ecclesiam auditurus Vesperas: vestiti autem omnes tunc erant in albis exceptis Cappis, quæ rubræ erant ut primâ die. Sequenti die sic comparuerunt ad Missam de Spiritu sancto, quæ celebrata est per

Caro-

Carolum de Croy Episcopum Tornacensem : & sic solemnitas horum Comitiorum honorificè terminata fuit. Anno 1556.

Scuta gentilitia Equitum dicti ordinis adhuc hodie visuntur in Choro B. Mariæ super sedilia Canonicorum. Le Roy *Not. Marchi. pag.* 30. refert nomina & inscriptiones, & putat scuta illa evasisse furorem Iconoclastarum. Verùm Papebrochius *Annal. Mss.* dubitat, num scuta ista & inscriptiones sint individualiter eadem, quæ hoc anno sunt posita : quia, inquit, anno 1581. parietes & sedilia Chorum ambientia sublata fuerunt per acatholicos. Scuta gentilitia Equitum in B. M.

In memoriam autem horum Comitiorum PHILIPPUS Rex in templi choro, ubi habita fuerunt, fenestras tres fieri jussit, insignibus suis decoratas, ut patet ex inscriptione, quæ inibi sic legitur : *D. O. M. Anno MDLV.* (stylo Cameracensi) *Philippus Hisp., Angliæ & Franciæ Rex &c. Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. primis sui Ordinis Comitiis hâc in Æde celebratis III. fenestras Christo Servatori dicatas fieri jussit.* Tres fenestræ in memoriam Comitiorum.

Cum in Anglia extremam persecutionem paterentur ecclesiastici, Antverpiam confugerunt Brigittinæ, refugiumque invenerunt in monasterio *Facons* Canonicarum regularium, ita jubente Magistratu, ut in earumdem Registro narratur. Annus adventûs non notatur ; sed de eis fit mentio circa tempora Matris *Martinæ Bartels* monasterio præfectæ anno 1556., id est quando revocatæ sunt in Angliam regnante MARIA Regina, quæ ibidem Religionem Catholicam restituerat. Interim de illis ibi legitur : quod omnes fuerint prænobiles, & inter cæteras etiam Ducissa una & una Comitissa, una quoque ibidem obierit sepulta in claustro. Habitabant Brigittinæ Anglæ Antverpiæ.

Anno 1556. bitabant verò in ea monasterii parte, quæ ergastulum minus dicebatur. Somnum capiebant super stramine in dormitorio juniorum. Quotidie duas missas canebant & sub earum una communicabant quotidie. Chorum denique ad horas canonicas persolvendas habebant in domo capitulari, & ad obsequium suum Presbyteros tres habitantes in atrio monasterii. Quoniam autem vita & conversatio earum religiosissima, ritusque à Facontinarum Canonicarum ritibus diversi, multis inquilinarum placebant; inventæ sunt non paucæ, quas cupido incesserat ad ipsarum Ordinem transeundi; ut optabile fuerit, eas discedere revertique in Angliam, ut factum est revocante eas MARIA Reginâ. Refert hæc Papeb. *Annal. Mss. ad an.* 1536.

Revertuntur.

Religiosæ autem illæ in Angliam reversæ diu ibidem quietè non substiterunt: nam mortuâ MARIA successit anno 1559. ELIZABETHA, quæ etiam crudeliter persecuta est catholicos. An autem reversæ sint Antverpiam, nescitur. Suspicari tamen possumus eas reversas esse, easque illas esse, quæ aliquandiu substiterunt in *Mishagen* vico sub *Eekeren*, in quo Le Roy *Not. March. pag.* 353. asserit substitisse monasterium Brigittinarum, quod eodem illo seculo translatum fuit Ulissiponem.

An dein redierint Antverpiam.

SOCIETAS JESU approbata fuerat à PAULO PP. III. 27. septembris anno 1540.: verùm hactenùs admissa non erat in Belgio, nec à Principe nec communiter ab Episcopis. Interim versabantur in Belgio plures socii. Episcopus noster *Robertus de Croÿ* eos non tantùm non admiserat, sed insuper iteravit decretum, quo „ Societatis homines totâ suâ diœcesi... prædicatione „ divini verbi & sacrorum administratione prohibuit."

Episc. Cam. prohibet Jesuitis prædicare &c.

Ita

Anno 1558.

Ita refert Pinius ex Orlandino *Act. SS. Tom. VII. Julii p.* 537. *n.* 671. Ubi additur: „ Ignatius nihil difficultatibus his commotus … satis „ habuit commendatitias à Cardinale Carpensi „ litteras mitti ad apostolicum Nuntium agen„ cum Imperatore Bruxellis. Interim suos … „ admonet, quàm modestissimè se gerant, neu „ quid asperiùs in Episcopum, unde magis irri„ tetur, efficiant; neque sua jura contrà ejus „ edicta per apostolicas litteras, quod eis pro„ clivè erat, prolata defendant" Ita ibidem. Verùm non indicatur, quæ fuerint *illa Jura* contrà decreta Episcopi. Suprà *tom. I. pag.* 13. & 42. vidimus Episcopis regionariis seu apostolicis non licuisse alicubi functiores exercere sine consensu Episcopi loci.

S. Ignatius petit à Principe admissionem Societatis in Belgium.

S. IGNATIUS autem anno elapso desiderans propagationem Ordinis scripserat epistolam ad PHILIPPUM II. Regem & Marchionem nostrum, supplicans quatenùs Societas admitteretur in Belgium. Epistola illa Hispanicè scripta Romæ 23. octob. 1555. refertur *Dipl. Belg. Tom. IV. P. II. cap.* 139. & originalis subscripta propriâ S. Ignatii manu adservatur Mechliniæ in aula Archiepiscopali. Auctor *Pri. sec.* eam dat latinè versam, sicut & *Papeb. Annal. Mss.*

Epistola ejus traditur Philippo II. Antverpiæ.

Epistolam istam miserat IGNATIUS per *Petrum Ribadineiram* ejusdem Societatis. Hic Antverpiam venit, & dictam epistolam *Philippo* Regi, moranti in Abbatia S. Michaëlis, obtulit mense martio anno 1556., tantumque & supplicibus libellis & oretenùs per quatuor menses apud Regem egit, ut tandem petitam admissionem obtinuerit, datis desuper Litteris in dicta Abbatia S. Michaëlis tertio die post obitum S. Ignatii, id est, 3. aug. 1556. Sic dixerat Papeb. *Act. SS. Tom. I. junii pag* 955. *n.* 90. Verùm pleniùs instructus in *Annal. Mss.*, cen-

Anno 1556. censens dicto die societatem per Regem admissam fuisse Gandavi, dicit, Apostillam ad supplicam *Ribadineiri* demùm subsignatam fuisse Bruxellis 15. aug., & dictam Apostillam integram ibidem refert, unde eam subjungo.

Societas admittitur. „ MAJESTAS sua consentit & permittit, ut „ supplicantes possint in citimis hisce provinciis „ residere atque in iis vivere secundùm Institu- „ tum & professionem suam : ita tamen ut non „ possint se ingerere exercitio alicujus functio- „ nis pertinentis ad officium Pastorale absque Sub restrictionibus, „ conscientia & consensu tam Curatorum ipsis „ in locis, quàm Episcoporum aliorumque Or- „ dinariorum, ad quorum jurisdictionem illa „ spectabunt. Quod attinet ad mobilia bona & „ reditus, quos acquirent pro fundandis do- „ tandisque Collegiis suis, dicti supplicantes „ prævié curabunt obtinere consensum eorum, „ quos attinet talibus intendere secundùm statu- „ ta privilegiaque locorum, ubi bona ipsa sita „ erunt, acta sua legaliter probando. Iis au- „ tem qui suæ Majestatis Finantiis intendunt, „ demandabitur, ut supplicantibus faciant ex- „ pediri tales litteras, quales secundùm natu- „ ram & conditionem ipsorum bonorum judi- „ cabuntur convenire. Actum Bruxellis sub nos- „ tro nomine xv. aug. MDLVI." *subscriptum* PHLS.

In vim hujus Apostillæ confectæ sunt Litteræ patentes, quæ datæ sunt Gandavi, quinto post hæc die, nempe 20. augusti. Litteræ istæ referuntur impressæ in Libello in 4° vulgato anno 1644. sub hoc titulo : *Advertissement ou Remarques pour la juste defense du Rever*me *Evesque de la ville de Gand, contre les injustes prætensions du R. Escolatre de S. Bavon, le Magistrat & les Peres Jesuites du dict Gond au faict du Catechisme pag.* 124. unde hic eas sub-

subjungo. Ex illis autem patet, quid Jesuitæ prætulerint, quid petiverint, quibus conditionibus & quid obtinuerint. Anno 1556.

PHILIPPES par la grace de Dieu ROY de CASTILLE &c. à tous ceux. qui ces presente verront Salut. Litteræ Regis desuper.

Reçeu avons l'humble supplication de ceux de la SOCIETE DU NOM DE JESUS contenant comme la dict Societè à estè instituèe & confirmèe par le Pape PAUL III. de ce nom, depuis aussy approuvèe par le Pape JULE aussy III., avec profession de porter & avoir soing, non seulement de leur propre salut, mais aussy de tous autres soient chrestiens, payens ou heretiques, & les attirer & reduire (tant qu'en eux est) à la Religion chrestienne.

Et suivant ce les dicts suppliants desirans satisfaire à leur dicte profession & consuivre leur fin, nè refusent mille labeur, peines ny travaux, orès qu'ils soient avec Nations bien longtaines & barbares, ou ils pensent pouvoir augmenter la dicte Religion chrestienne : de sorte que la dicte Societè avec l'aide & grace dè Dieu est multiplièe, non seullement en Espaigne, Portugal & Sicile, Italie, France, Allemagne, mais aussy ès Indes & semblables incognus & longtains païjs, preschants la parolle de Dieu avec grand prouffit.

Ce considerè & que par le moyen du travail de la dicte Societè icelle Religion chrestienne est mervilleusement augmentèe, & grand bien advient & succede au peuple, ou elle exerce son ministere & service, & combien qu'en la dicte Societè il y à plusieurs doctes & devotes gens & mesmes jeunes esprits de grand espoir de noz païjs de pardeça, nayans aucune place ou lieu seur & fixe de pardeça pour exercer leur dict ministere, comme ils ont faict aux autres

Nation

Anno 1556. *Nation ; desirans en cest endroit nous faire tres-humble service & pourveoir au salut de noz subjects de pardeça, selon la capacitè de la grace que Dieu leur at donnè.*

Conditiones sub quibus petunt admitti. *Ils nous ont tres-humblement supplié, qu'il nous pleust admettre la dicte Societè, & ceux qui en voudront estre, par tous noz päys de pardeça ; & aussy appreuver, ratifier & confirmer leur dicte Institutions & Profession & mesmes octroyer, qu'ils puissent jouir & user des graces, privileges & concessions accordèes à la dicte Societè par le S. Siege apostolique ; sauf qu'ils nè pourront prescher sans prealablement avoir congè & licence des Evesques, Pasteurs & autres Ordinaires ; sans toutesfois par ce estre subjects à la coërcions & jurisdiction des dicts Evesques, Pasteurs ou Ordinaires en tant qu'ils sont reservèz au sainct Siege apostolicque, tant & si longement ; qu'ils se gouverneront honnestement ; sans fair scandal & se regleront selon leurdicte profession & institution.*

Et en cas qu'autrement ils vivront (que Dieu nè veuille) en depravant leur bonne vie, mœurs & doctrine, que de lors Nous & Noz successeurs les pourront submettre à la jurisdiction des dicts Evesques & autres Ordinaires.

Et pour ce que pour parvenir à leur desirèe intention, façonner & instruire les cœurs du semple peuple, qu'en tout œuvre est requis avoir la lumiere de Sapience, & à ceste fin besoing instituer aucuns Colleges & iceux doter de rentes & aucuns revenuz (sans le secours des quels on ne peult bonnement estudier) pour y nourrir & entretenir ceux, qu'il plaira à nostre Seigneur appeller à la dicte Societè, & seront peu instruits ès sciences, pour par icelles plus facilement entendre au salut de leurs ames & à l'utilitè du dict peuple.

Ils

Ils nous ont aussy suppliez & requis, qu'il nous pleust leur permettre & octroyer avoir & construire tels Colleges, & iceux pouvoir fonder des rentes & amortir les dictes rentes & autres biens, que les villes, Princes, Seigneurs & autres personnes privèes pour le service de Dieu voudront delaisser aus dicts Colleges: & qu'icelles rentes, biens & revenuz soyent de telle condition & nature, comme aultres biens d'eglise & de religion: sauf toutesfois nostre droict en toute chose, & pour veu qu'ils seront tenuz obtenir consentement des Eschevins & aultres recteurs & gouverneurs des villes, ou ils voudront instituer semblables Colleges, pour amortir les dictes rentes, si avant que le dict consentement sera besoing; & ou il nè sera besoing, que suffise nostre dict licence & congè pour ces dicts biens, rentes & revenuz estre amortiz dès maintenant pour lors, & sur ce leur faire depecher noz lettres en tel cas pertinentes. Anno 1556.

SCAVOIR FAISONS, que nous les choses susdictes considerèes, aux dicts suppliants inclinants favorablement à leur dicte supplication & requeste, Nous avons octroyè, consenti, accordè, octroyons, consentons & accordons de grace speciale par ces presentes, qu'ils puissent & pourront resider ès païs de pardeça & vivre en iceux selon leur institution & profession susdicte. Bien entendu toutesfois, qu'ilz nè se pourront ingerer en l'exercice d'aucunes choses appartenantes à l'office pastoral sans le sçeu, consentement & bon grè tant des Curez des lieux que des Evesques & autres Ordinaires, ausquels l'autoritè en appertient.

Et quant aux biens immeubles & rentes, qu'ils acquerront en nos dictz païs de pardeça, pour la fondation & dotations des Colleges, qu'ilz pourront construire en iceux, il

Anno 1556. *seront tenuz preallablement obtenir le consentement de ceux qu'il appartiendra selon les statuts & privileges des Païs, ou les dicts biens seront scituez, & faisants d'icellui consentement apparoir à noz amez & feaux les Chefs Tresorier general & Commis de noz domaines & finances : sera par iceux advisè & ordonnè de leur en faire depescher telles lettres, que selon la nature & qualitè des dicts biens se trouvera convenir. A quoy des maintenant pour lors les avons authorisez & authorisons par ces dictes presentes.*

Si donnons mandement à noz amez & feaux les Chefs presidens... Car ainsi nous plaist il. En tesmoing de ce... Donnè en nostre ville de Gand le 20. jour d'Aoust l'an de Grace 1556. de noz Regnes à sçavoir d'Espaignes, Sicile &c. le premier & d'Angleterre, France, Naples le troisiesme. Ainsi escrit sur la plie PAR LE ROY. Signè d'Overloope.

Cum autem privilegia Societatis quoad exercitia spiritualia tum in præmissa apostilla, tum in his Regiis Litteris notabiliter restricta essent; Patres, cum anno 1584. à Rege peterent amortizationem collegiorum suorum, inter alia supplicârunt Regi, *quil (luy) pleust aussi leur permettre de pouvoir librement joyr pour l'exercice de leur profession (tendant à la conservation & augmentation de notre ste foy catholique) des dicts graces & privileges à eulx concedez à cest effet par sa Saintetè.* Verùm Rex respondit: *que ceux de la dicte Societè n'administreront autres Sacraments, que le Sacrament de Penitence & de la sainte Eucharistie.* Diploma desuper datum Tornaci anno 1584. mense majo, refertur *Dipl. Belg. Tom. IV. P. II. Cap.* 144.

Eodem

Eodem mense & die Rex memor monitionum, quas habuerat à patre quoad extirpationem sectarum, rigorosa ejus Edicta contra seditiosos hæreticos renovavit per novum Edictum datum Gandavi 20. aug. 1556., quod refertur *Edic. Brab. Tom. I. Lib. I. tit. II. C. III. pag.* 45. Simul autem edidit Rex catalogum librorum prohibitorum, nuper de novo per Theologos Lovanienses concinnatum.

Anno 1556.

Edictum Regis contrà Sectarios.

In eundem finem Rex animum tendit in erectionem novorum Episcopatuum in Belgio, memor verborum Patris, qui dixerat, hanc unam esse rationem conservandæ catholicæ religionis in Belgio, quique eam illi summè commendaverat.

Diu frustra actum pro erectione Episcopatuum in Belgio.

Jam diu perspecta habita fuerat necessitas multiplicandi Episcopos in Belgio, multumque anteà desuper actum fuerat, sed hactenùs sine effectu. Anno 756. Vernis ad Sequanam sub Rege nostro PIPINO *brevi* celebratum est Concilium, in quo statutum fuit *Can.* 1. quod in singulis civitatibus debeant esse Episcopi. Interim vi hujus Canonis nullus in Belgio Episcopatus erectus est, nec per plura subsequentia secula quidquam actum fuisse circà hanc rem reperimus.

Seculo VIII.

Imò seculo subsequente agebatur, non de novis sedibus episcopalibus erigendis, sed de veteribus, quæ rebus propriis viduatæ, imò annullatæ esse videbantur, restituendis & debitè fundandis: ad hoc enim Patres Concilii Parisiensis celebrati anno 829. LUDOVICUM Imperatorem enixè adhortantur *Lib. III. cap.* 15. Tales autem sedes duæ erant in Belgio, nempè Atrebatensis quæ unita erat Cameracensi, & Tornacensis quæ unita erat Noviomensi. Verùm supervenientibus mox diuturnis Nortmannorum incursionibus & devastationibus res in isto statu adhuc mansit ultrà

Seculo IX.

Anno 1556. duo secula : cum demùm ecclesia Atrebatensis anno 1093. separata sit à sede Cameracensi & proprium Episcopum obtinuerit ; sicut & Cathedralis Tornacensis anno 1147. separata fuit à Cathedrali Noviomensi, quacum anteà non nisi eundem Episcopum habuerat.

Seculo XI. & XII.

Seculo XIV. Anno 1332. JOANNES III. Brabantiæ Dux Legatos ad S. Sedem misit petens, ut factâ separatione ab Episcopatibus Leodiensi & Cameracensi de suis terris omnibus nova Diœcesis cùm novo Episcopo constitueretur. Sed agentibus Rege Galliæ, Episcopis Leodiensi & Cameracensi & aliis, res hæc impedita fuit. Chapeaville *Hist. Epis. Leod. Tom. II. pag.* 409.

Seculò XV. Dein PHILIPPUS *Bonus* Burgundiæ Dux, qui omnium primus Belgii Provincias, anteà sub variorum Principum imperio divisas, partim jure hæreditario, partim jure emptionis, partim quoque titulo protectionis sibi subjecit, consilium iniisse dicitur de erigendis novis in Belgio Episcopatibus. Quippe solum habebat in tot Provinciis subjectum Episcopum Atrebatensem : ultrajectensis enim gaudebat adhuc supremo Dominio, eratque Princeps Imperii. Episcopi verò Cameracensis, Tornacensis & Morinensis erant sub advocatia, protectione & quasi dominio Regis Galliæ. Verùm Philippus rem perficere non potuit, morte præventus anno 1467. Multò minus filius ejus CAROLUS *Audax* bellis nimiùm intentus. Vide *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. Cap. I.*

Seculo XVI. Tempore CAROLI V. necessitas erigendi novos Episcopatus augebatur per inundantiam hæreticarum opinionum allatarum ex Germania & Gallia : quare Viglius Zuichemius sanctioris concilii Præses & Ruardus Tapperus S. T. D. Lov. Carolum hortari non cessârunt, ut novorum Episco-

Episcopatuum erectionem à S. Sede quantociùs expostularet. Verùm Carolus bellis continuis agitatus, & Episcoporum leodiensis & cameracensis gratiâ, rem non perfecit: sed discedens post translata Regna in filium, ei enixè erectionem Episcopatuum commendavit tamquam rationem unam, per quam Religio catholica in Belgio conservari posset.

Anno 1556.

PHILIPPUS itaque memor monitionis Patris rem seriò aggreditur, & quosdam sanctioris sui Concilii Senatores nominat; inter quos Præses *Viglius*, *Philippus Nigri* & *Antonius Perrenottus* Epis. Atrebatensis, qui negotio novorum Episcopatuum incumberent, ac Belgium in certas diœceses distribuerent, Oppidaque Ecclesiis cathedralibus convenientia, & ipsis dotes sufficientes attribuerent. Missi autem sunt in eum finem per singulas provincias Viri prudentes, qui de statu ecclesiastico uniuscujusque regionis, singulatim de privilegiis atque exemptionibus ecclesiasticorum, de numero ac dignitatibus Canonicorum in Capitulis, de valore Abbatiarum ac præbendarum, de distantiis urbium, multitudine ac nominibus pagorum exactè perscrutarentur. At simul mandabatur illis scrutatoribus, ut non minùs occultè quàm diligenter hoc negotium peragerent; clam Archiepiscopo Coloniensi, Trevirensi atque Ultrajectensi ac Leodiensi Episcopis, aliisque non nullis; ipsis etiam Statibus provinciarum insciis nè aliàs totum turbaretur. *Dipl. belg. tom. III. p. III. cap. I.*

Philippus II Rex Commissarios nominat ad designandas Diœceses.

Verùm Rex intereà, dum hæc agebantur pro erectione Episcopatuum, resciens negotium illud brevì non esse terminandum, non cessavit quæcumque media quærere & adhibere ad restituendam ac conservandam puritatem religionis, quo populi notanter sibi subditi periculosis his

1557.

Intereà inquirit, quomodo Religio sit conservanda.

Anno 1557. temporibus quietam ac piam vitam transigerent. Convocatis enim eum in finem undique viris probitate ac eruditione claris contulit suum cum eis consilium, ut, quid facto in tam gravi negotio opus esset, sibi liberè referrent.

Respondetur probâ institutione juventutis. Post deliberationem maturam conclusum est, incipiendum esse à proba institutione juventutis in principiis orthodoxæ fidei; quia inquiebant, quo recens est imbuta semel servabit odorem testa diu; & experientia jam docuisset, adversarios religionis in eo summam semper dedisse operam, ut incautam juventutem subornatis catechismorum doctrinis inescarent, ac novis modis & opinionibus seducerent; qui altiùs inserti ab adultis extirpari nequeant. Mali effectus pravæ institutionis juventutis, quos eruditi illi jaminde perspexerant in his regionibus, magis se manifestârunt post decem annos, dum anno 1566. belgica Nobilium juventus, pravis Calvini commentis in universitate Genevensi instituta, oblato Gubernatrici famoso Libello, perniciosam in Belgio rebellionem inchoavit.

Theologos inducit ad conficiendum Catechismum. Rex itaque, ut populorum animos contrà dolosos sectariorum catechismos præmuniret, voluit ipsis procurare antidotum seu pium anticatechismum; ac doctos theologos, ut id muneris susciperent graviter adhortatus est. Dicti autem Theologi, minimè necessarium judicantes conficere novum Catechismum, dixerunt Regi, nullum commodiorem librum tradi posse nec magis utilem catechismo patrui sui FERDINANDI Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regis, quem nuper ediderat; dicentes tantam esse libri istius puritatem & doctrinam, ut qui juxtà eam normam fidem ac mores suos institueret, Deo haud dubiè placere & æternum prœmium sperare posset.

Cate-

Catechismus *Ferdinandi* Regis dicebatur, quem Rex ille ob easdem suprà relatas rationes confici curaverat per *P. Petrum Canisium* Societatis Jesu concionatorem suum, & quem jam confectum examinari fecerat per Doctores Theologos; cumque summoperè ab omnibus probatus & laudatus esset, prodierat primò nupero anno 1554. sub titulo *Summa doctrinæ christianæ* sine nomine auctoris, munitus tamen Decreto Regis, quo lectio ejus summè commendabatur, & inhibebatur nè alii catechismi proponerentur juventuti. Hic itaque catechismus, jam inde belgicâ gallicâque linguâ traductus, dicebatur catechismus FERDINANDI, illumque Theologi tamquam ad fines prædictos sufficientem commendabant Regi PHILIPPO.

Anno 1557.

Illi proponunt Catechismum Petri Canisii.

Itaque Rex catechismum prædictum auctoritate sua munit, subditos suos adhortatur, ut eum diligenter evolvant; & Officiariis suis mandat, ut invigilent, nè Ludimagistri &c. in scholis ullum alium prælegant; idque Decreto dato Bruxellis 16. decembris hujus anni 1557. Factum hoc perquam honorificum est *P. Petro Canisio*: de eò tamen nullam mentionem facit D. Paquot. *Mem. litt. tom. XIV. p.* 110., ubi prolixè agit de hoc ejus catechismo.

Quem Rex auctoritate sua munit.

Interim patent hæc omnia ex editione dicti Catechismi anni 1566. Antverpiæ apud Plantinum, quando Auctor ultimam manum apposuerat. In ea enim editione (cui titulus: *Summa doctrinæ christianæ per quæstiones luculenter conscripta, nunc demum recognita & locupletata Auctore D. Petro Canisio Societatis Jesu Theologo, ut ex ejus nova præfatione constabit. Accessit huic recognitioni, auctoritas, decretum & privilegium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.*

Anno 1557. *Antverpiæ ex officina Christophori Plantini MDLXVI.* & quam Plantinus per epistolam dedicatoriam Regi Philippo inscripsit) præmittitur præfatio Auctoris inscripta eo anno Senatui Coloniensi, Edictum Cæsaris Ferdinandi anni 1560., & memoratum PHILIPPI Regis Edictum hujus anni 1557., quòd Edictum ex illa editione subjungo.

Decretum ejus desuper.

„PHILIPPUS Dei gratia Rex Castellæ, „Legionis, Aragonum, Angliæ, Franciæ, „Navarræ, Neapolis, Siciliæ, Majoricarum, „Sardiniæ, nec non Insularum Indiæ & terræ „firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, „Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, „Lymburgi, Luxemburgi, Geldriæ & Me-„diolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Arthe-„siæ, Burgundiæ Palatinus, Comes Han-„noniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & „Zutphaniæ, Princeps Sueviæ, Marchio sacri „Imperii, Dominus Phrisiæ, Salinarum, Mech-„liniæ, civitatis ac urbium & regionis Trajectinæ „citrà & ultrà Isulam & Groningæ, Domi-„nator Asiæ ac Aphricæ &c.

„Universis nostris Locum-tenentibus, Gu-„bernatoribus, Præsidibus, Cancellariis, Con-„sulibus, Ballivis, Præpositis, Prætoribus, „Scultetis, Judicibus, Justitiariis, Officiali-„bus & eorum Vicemgerentibus, gratiam „nostram regiam ac omne bonum.

„Cum hisce periculosis temporibus tantoperè „nihil exoptemus, quam uti omnes homines, „maximè verò populi nobis subditi, divinâ „favente clementiâ, quietam, compositam „ac tranquillam vitam transigant: atque huic „nihil æquè obstare discordiâ variarum ac per-„niciosarum opinionum christianæ Religionis, „omnibus in confesso sit, & nobis compertum; maturo consilio huic morbo occurren-

„dum,

„ dum , adeoque id in primis nostri officii esse Anno
„ animadvertimus. 1557.

„ Quare excitis præclaræ undique eruditionis „ ac syncerae in Deum fidei viris , nec non „ vitæ transactæ innocentiâ & integritate claris , „ cum eis consilium hoc nostrum seriò contu- „ limus , ut quid facto in tam gravi ne- „ gocio opus esset , nobis liberè refer- „ rent.

„ Illorum sententiâ auditâ arbitramur , magni „ momenti esse , si rectis ac ortodoxis studiis à „ pueris tenella illa ætas imbuatur , ac catho- „ lica fundamenta fidei sedulò doceantur , illo- „ rumque animis instillentur. *Quo recens est* „ *imbuta semel , servabit odorem testa diu.* „ Cujus nobis , proh dolor ! grave satis exem- „ plum hisce posterioribus annis adversarii nostræ „ religionis exhibuerunt. Quos certum est , sum- „ mam semper dedisse operam , ut incautam „ juventutem , quæ per ætatem à felle sibi præ- „ cavere malè posset , subornatis ac didacticis „ catechismorum doctrinis inescarent , variis , „ novis , inauditis animos eorum captantes „ ac opinionibus seducentes : qui altiùs inserti , „ jam profundis actis radicibus , egrè extirpari „ ab adultis queunt.

„ Quare operæ precium videbatur , nostro- „ rum hominum animos , quasi salubri anti- „ doto , orthodoxo ac pio anticatechismo præ- „ munire. Cum id omnino facere deliberasse- „ mus , ac doctos theologos , ut id muneris „ susciperent graviter hortaremur ; illi nullum „ commodiorem librum tradi posse , nec ma- „ gis utilem affirmârunt Catechismo patrui nostri „ charissimi FERDINANDI Romanorum , Hun- „ gariæ & Bohemiæ Regis , quem ille haud ita „ pridem suâ auctoritate suis tenendum propo- „ suit. Insuper ejus tantam censebant libri esse

„ puri-

Anno 1557. „ puritatem atque doctrinam, ut qui juxtà hanc „ normam fidem ac mores suos instituerit, Deo „ haud dubiè placeat; & æternum præmium „ certò sperare queat.

„ Proinde hunc Catechismum belgicâ gallicâ„ que linguâ traductum, nobisque eximiè com„ mendatum, auctorisamus; nostrosque sub„ ditos, ut diligerter evolvant, sepositis aliorum „ consimilium catechismis, adhortamur. Man„ dantes vobis prædictis omnibus & singulis, „ ut hunc Catechismum tantùm, nullumque „ alium per Ludimagistros, Rectores, Pæda„ gogos in scholis publicè vel privatim propo„ ni, prælegi ediscendumque tradi curetis: „ quatenus nostram censuram ac gravem indig„ nationem, aliasque pœnas, arbitrio judicum „ nostrorum irrogandas, devitetis. Hæc enim „ nostra Regia mens summaque voluntas „ est.

„ Datum in civitate nostra Bruxella, die de„ cimâ sextâ mensis decembris anno incarnatio„ nis Domini 1557. Regnorum verò nostro„ rum, videlicèt Hispaniarum, Siciliæ &c. „ II., Angliæ autem, Franciæ & Neapolis „ IIII.

„ *Subscriptm erat per Regem & subsignatum:* „ D'ouerlope."

Quam diu autem catechismus iste *P. Canisii* solus in usu fuerit in Belgio, non liquet. Interim initio seculi subsequentis tam multi & tam varii catechismi circumferebantur, ut Episcopi Mechliniæ congregati in Synodo judicaverint & decreverint novum catechismum conficiendum & edendum; qui solus in usu foret & norma esset docendi & discendi principia religionis catholicæ in tota Provincia, ut infrà suo loco dicetur.

In

In suburbio nostro in vico *het Kiel* jam à quindecim annis eversum erat monasterium Carthusianorum, Fratresque translati Liram. In Vico autem isto ab eo tempore nullus habebatur locus sacer, nisi sacellum constructum in memoriam loci sacri, quod vix sex aut septem homines capere posset, & in quo raro celebrabatur missa. Hinc incolæ pro audiendis divinis accedere debebant civitatem & pro sacramentis recurrere ad parochiam S. Georgii, sub qua erat Vicus ille. Hoc incommodum erat Incolis & periculosum videbatur, notanter de nocte. Incolarum autem illius vici numerus hoc tempore censebatur ad quatuor millia, indiesque adhuc augebatur. Dicti itaque Incolæ, ob relatas rationes desiderantes sibi inibi erigi Parochiam, recurrunt ad Nuntium apostolicum residentem Bruxellis, petentes ab eo dictam erectionem. Nuntius, qui erat CAROLUS CARAFFA Cardinalis, motus rationibus supplicantium in dictam erectionem consensit, & auctoritate, quâ fungebatur, mandavit Episcopo Cameracensi, quatenùs dictam erectionem procuraret; sic tamen, ut Incolæ petitam ecclesiam construant, eamque & Curatos sufficienter dotent. Constant hæc ex litteris dicti Nuntii desuper confectis, quas ex copia authentica subjungo.

Anno 1557.

In Kiel 4000. incolarum petunt illic erigi parochiam.

„CAROLUS miseratione divinâ SS. Viti & „Modesti martyrum diaconus Cardinalis CA„RAFFA nuncupatus, sanctissimi nostri Papæ „& sedis apost. ad serenissimum PHILIPPUM „Hispaniarum Regem catholicum de latere „Legatus Venerabili in Christo patri Dei „gratiâ Episcopo cameracensi seu ejus Vicario „salutem in Domino.

Nuntius apostolicus consentit.

Ex Archivis Parochiæ S. Laurentii.

„Ex parte dilectorum nobis in Christo Prætoris, Scabinorum & incolarum pagi *op't Kiel*

„pro-

Anno 1557. „ propè oppidum Antverpiense vestræ Diocesis „ nobis nuper oblata petitio continebat, quod „ cum ipsorum incolarum maximus sit numerus, videlicèt cum affinibus inibi resortientibus quatuor mille excedens, & eorum adhuc indies accrescat numerus ex eo, quod aliundè multi illuc confluant, qui ibidem domus construunt., ita & taliter quod eorum sit jam infinitus numerus; & ab anno millesimo quingentesimo, quadragesimo secundo, (quo tempore cœnobium dilectorum nobis in Christo Patris & Supprioris ac Fratrum domùs *Carthusianorum* oppidi Lirensis ejusdem vestræ Diœcesis, quod dicti Incolæ, cum eorum jam ingens turba erat, loco Templi frequentare solent, comburebatur & funditùs periebat, adeò quod dicti Pater, Supprior & Fratres Carthusiani inde fuerint dispersi & coacti restaurare conventiculum suum, seu dictam domum, in dicto oppido Lirensi) non fuerit ibi templum nec aliquis sacer locus præter Sacellum quoddam, quod ultra sex aut septem homines vix recipere posset, structum in memoriam loci sacri; in quo aliquando aut rarissimè missæ seu sacrum celebrantur, sine communione tamen, confessione, concione & administratione venerabilis Sacramenti Baptismi; unde dicti Oratores, cum opus habeant seu indigeant administratione ecclesiasticorum Sacramentorum nocte vel die, coguntur semper suo maximo incommodo petere supradictum oppidum Antverpiense, & ad parochialem ecclesiam *sancti Georgii* ejusdem oppidi Antverpiensis pro dictis Sacramentis accedere; usque adeò quod sæpè contingat, cum puer natus recenter egeat sacro baptismate aut ægrotus sacramento aut confessione, è medio

„ disce-

„ discedat, antequam accedat qui dicta Sa- Anno
„ menta ministret: quod quidem miserum est 1557.
„ humano inspectui & redundat maximè in
„ damnum & perditionem animarum eorum,
„ qui tam miserè intereunt: & majora indies
„ inconvenientia occurrere dubitatur, nisi de
„ opportuno desuper remedio provideatur.

„ Quare dicti reponentes ac præfati Pater,
„ Supprior & Fratres nobis humiliter supplicari
„ fecerunt, ut eis in præmissis de opportuno
„ remedio providere de benignitate apostolica
„ dignaremur.

„ Nos igitur ad infrascripta per apostolicæ
„ Sedis Litteras sufficienti facultate muniti, de
„ præmissis certam notitiam non habentes....
„ hujusmodi supplicationibus inclinati auctorita-
„ te apostolicâ, quâ in hac parte fungimur,
„ tenore præsentium vobis committimus & man-
„ damus, quatenùs eisdem exponentibus, quod
„ in dicto pago in aliquo sufficienti & idoneo
„ per eos eligendo loco unam parochialem Ec-
„ clesiam cum campanili & campanis construi
„ & ædificari facere valeant, licentiam & fa-
„ cultatem concedatis: ipsamque Ecclesiam ex
„ nunc prout ex tunc, postquam constructa
„ fuerit, ut præfertur, in Parochialem sub
„ invocatione, de qua eis videbitur, cum
„ cœmeterio, fontibus baptismalibus & aliis
„ parochialis Ecclesiæ insigniis pro uno seu plu-
„ ribus, quot eis expedire videbitur, Rectori-
„ bus seu Sacerdotibus, qui inibi missas &
„ alia officia divina, juxtà providam eorum-
„ dem exponentium desuper faciendam ordina-
„ tionem, dicere & celebrare; ac illius paro-
„ chianis incolisque & habitatoribus dicti pagi
„ pro tempore existentibus sacramenta ecclesiasti-
„ ca ministrare, & alia onera Rectori paro-
„ chiano pro tempore incumbentia subire de-
„ beat

Anno 1557. „beat & teneatur, sine alicujus præjudicio; „erigere & constituere: illique pro illius dote „& Rectoris seu Rectorum ac Presbyterorum „sustentatione bona per eosdem exponentes „illi assignanda perpetuò applicare & appro„priare: ipsumque pagum, in illoque pro „tempore inhabitantes à dicta ecclesia sancti „Georgii perpetuò separare & segregare; il„lumque & illos pro parochia & parochianis „ejusdem constituendæ Ecclesiæ concedere & „assignare; ac jus patronatûs & præsentandi ac „nominandi loci Ordinario, postquam construx„erint & dotaverint, personam seu personas idoneas „ad ipsam construendam ecclesiam, tam ab illius „primæva erectione, quàm dum pro tempo„re vacaverit, Prætori, Scabinis & incolis „dicti pagi pro tempore existentibus reservare, „constituere & assignare dictâ auctoritate cure„tis, non obstantibus Aplis.... In quorum „fidem præsentes litteras fieri, nostrique sigilli „jussimus & fecimus appensione muniri. Da„tum Bruxellæ Camer. Diœcesis anno Incarna„tionis dominicæ 1557....

Concessa erectio non perficitur.

Parochiæ autem hujus erectio ad effectum ducta non fuit, defectu indubiè dotationis requisitæ in concessione: sed deinceps anno 1563. Incolæ obtinuerunt licentiam construendi Capellam, in qua continuò celebraretur missa, &, ut obviaretur inconvenientiis & periculis prætactis, concessa sunt eis cemeterium & fons baptismalis pro baptizandis infantibus tempore nocturno & in aliis necessitatibus, ut infrà ad dictum annum latiùs dicetur.

Gerontocomium *H. van den Hoecke.*

Gerontocomium hoc anno fundatum refertur propè *Kalk-brugge* sex viris ætate aut morbo confectis per *Hermannum van den Hoecke*, qui aream dedit, & ædes statuit. Domus hæc usque

usque in hodiernum diem subsistit, fertque nomen dicti sui fundatoris. Scribani *Orig. Antv. pag.* 113. Anno 1557.

Senatus juxtà Edicta sollicitè invigilans in sectarios, hoc anno plures detexit anabaptistas, eosque pro merito punivit. 22. may in carcere, *het Steen*, morte plexi sunt quinque anabaptistæ & postridie summo mane corpora eorum extrà civitatem rotis sunt imposita. Mense junio die 6. in eodem carcere tres feminæ itidem anabaptistæ in doleis vinariis submersæ sunt & corpora earum saccis imposita de Werva in Schaldim sunt projecta. Et mensis julii die 10. in foro morte plexus est sectæ illius episcopus, qui multos rebaptizaverat. Hic autem renuntiavit errori & mortuus est Catholicus. Cum mortuus esset dextra manus ei amputata est, quæ corpori ejus, foris rotæ imposito, superposita fuit. Sic & anno sequenti 4. januarii in foro plexus est Franciscus Raet Typographus, eò quod contrà Regis Edicta libros prelo edidisset, quod crimen ei pluries remissum continuò iteraverat. *Antwerpsch Chron. pag.* 56.

Anabaptistæ puniuntur.

Anabaptistæ hoc tempore Antverpiæ ita multiplicati erant, ut domus una secretis conventiculis non sufficeret. Ita scribit hoc anno 1557. 21. junii ad Embdenses *Adrianus Haemstede* prædicutius eorum. Epistolam ejus desuper Antverpiæ dicto die datam refert Eduard. Meiners in vernacula descriptione heterodoxæ ecclesiæ Frisiæ orientalis editâ anno 1738. *Part. I. pag.* 371.

Eorum secreta Conventicula.

In illa autem epistola notat Adrianus, se jam inde monachos aliquos pervertisse: quos alendos mittebat ad Embdenses, quia hic manere illis tutum non erat ob observantiam Edic-

Monachi seducti.

„ torum,

Anno 1557. torum, & quia, si hic mansissent, timendum fuisset, nè rediissent ad catholicam fidem. Insuper *Haemstede* in dicta epistola consilium petit ab Embdensibus, an, cum numerus fratrum jam ita auctus esset, ut conventiculis suis domus una non sufficeret, non expediat publicè prædicare. Tandem indicat se desiderare, ut redeat *Gaspar van der Heyden*; quem suprà ad annum 1555. hinc fugisse diximus: unde colligere datur, conventicula per hunc illo anno Antverpiæ habita etiam fuisse anabaptistica.

1558. Quale autem responsum obtinuerit *A. Haemstede* ab Embdensibus, non liquet; interim refert Brant *Hist. der Reform. pag.* 214., quod *Cornelius Haemstede* (indubiè idem qui suprà, qui ab aliquibus *Adrianus Cornelius* scribitur) primus auctor martyrologii heterodoxorum circà annum 1558. in festo Corporis Christi audacter cœperit publicè prædicare ad Crucem in Mera tempore, quo habebatur ordinaria solemnis Processio. Notat autem Brant præmaturum hunc zelum pluribus sectariis displicuisse; sed non indicat, quid ei ob tam seditiosum factum obvenerit.

Anabaptista publicè prædicat in Mera.

Si factum illud subsistat, indubiè occasionem dedit rigorosiori inquisitioni in eorum secreta conventicula: unde & refert Brant *ibid.* hoc anno Antverpiæ cumbustum fuisse *Joannem du Camp.* Aula autem etiam, quam simile facinus latere non poterat, sese immiscuit; & Dux Sabaudiæ Gubernator Belgii misit Antverpiam hoc anno ex parte Regis *Franciscum Parys* consiliarium & *Henricum Booms* procuratorem generalem Brabantiæ ad desuper inquirendum, mandans Senatui, ut eis omnem assistentiam procuret, & met diligenter invigilet, notanter de nocte, ad impediendas omnes simi-

Invigilatur in Conventicula

similes congregationes. Constat ex Epistola Gubernatoris belgii Bruxellis scripta ad Senatum Antverpiensem 17. decembris an. 1558., quam ex originali subjungo. Anno 1558.

Epistola Gubernatoris desuper.

A NOZ tres chiers & bien amez les Bourgemestres, Eschevins & Conseil *de la Ville d'Anvers.*

EMANUEL PHILIBERT par la grace de Dieu Duc de Savoie, Prince de Piedmont, comte d... Gouverneur & Cap. gral. Tres-chiers & bien amez nous sommes informez, comme puis nagaires l'on auroit tenu diverses congregations & conventicules des sectaires aupres de la Ville d'Anvers; per ou il est apparent, que le mesme s'est usé dedans la ditte Ville, comme ils avoient fait auparavant au grand scandale & mauvaise edification des subjectz du Roy mon Seigneur, & vilipendence de notre sainte Foy & Religion, hauteur & auctorité de sa Majesté: ce que icelle n'entend aussy de passer soubz dissimulation, comme tendant enthierement à la destruction & ruyne de la ditte Ville, bien & repos de ces pays.

Sur quoy nous envoyons celle par notres tres-chiers & bien amez Mr. Franchois Parys *Conseiller &* Henry de Booms *Procureur general en Brabant, pour eulx informer de ce que dit est & ce qui en depend.*

En quoy vous requerons & de par sa Majesté ordonnons, leur donner toute assistence & faveur requise, & telle qu'ils desireront de vous concernant la ditte matiere. Et ne fauldrez aussy de donner ordre & tenir bon guet, & signamement de nuict, pour obvier à toutes congregations & inconveniens, qui en pourroient resoulter. Et en ce ne veullez faire faulte. Autant treschiers & bien amez notre Seigneur vous ait en

Anno 1558.

sa garde. De Bruxelles le XVII. *jour de Decembre* 1558.

EMANUEL. F. van der Aa.

Horrenda conspiratio. sectariorum.

Apparenter occasione hujus mandati detecta fuit ista horrenda sectariorum conspiratio, quam *Henricus van Berchem* Burgimagister (*in justif. sua apud P. Bor Tom. I. fol.* 154.) dicit se hoc anno cum *Rogerio de Tassis* Decano Capituli primùm detexisse. Dicit autem inter illos habita fuisse consistoria & constitutos magistratus; & detectis secretis eos sic captos aut dissipatos, morte plexos aut relegatos, ut per plures annos pauci residui fuerint.

Plures deteguntur & puniuntur.

Per hanc itaque tam exactam disquisitionem detecti sunt & apprehensi plures sectarii, ex quibus anno sequenti 1559. plures hìc morte plexi sunt, ut refert Brant *pag.* 227. *& seq.*, ubi & nomina illorum indicat.

Alexiani petunt sibi provideri.

Alexiani nostri, qui, ut suprà vidimus, à decem annis transmigraverant & novum sibi monasterium ædificaverant, inde, non obstante quod fundos derelicti prioris monasterii divendidissent, gravati erant debitis; & occasione caritatis annonæ eò redacti erant, ut Fratres sustentationis ergò ad alia loca mittere cogerentur; notanter quòd ab ipsis jam subtraheretur delatio mortuorum ad sepulturam, unde ordinariè victum sibi comparabant. Recurrunt itaque ad Senatum, & expositis præmissis supplicant, quatenùs sibi desuper providere dignetur. Senatus autem consideratis & examinatis expositis decretum in ipsorum favorem edidit 21. januarii hujus anni 1558. stylo hodierno, in quo circà sepulturam mortuorum & servitium infirmorum hæc sunt statuta.

Senatus edit decretum in ipsorum favorem.

1. Omnia funera sepelienda & ferenda sunt per Fratres Cellitas, illorum solummodo exceptis

ceptis, qui sunt de opificiorum Collegiis qui invicem deferre possunt; & de opificio *de Meersche*, qui deferuntur per decrepitos inhabitantes planitiem S. Nicolai; nisi peste obiissent. Anno 1558.

2. In Exæquiis nullus serviet nisi Fratres Cellitæ, exceptis dictis opificiis.

3. Pro sepultura in ecclesia quisque Frater habebit 2. stuferos, & in exæquiis 3.

4. Pro funere dicto *schellyk*, quod cum quatuor Fratribus sepelitur, quisque habebit 2. stuf. & in exæquiis quisque 2.

5. Pro humandis funeribus dictis *Vrouwlyck* vel *Claes-lyck*, quorum sepultura & exæquiæ fiunt eodem antemeridiano, habebit quisque Frater unum stuferum.

6. Quisque prolem suam, quam unus ferre potest, deferre poterit per quemcumque, nihil inde debens Cellitis.

7. Cellitæ pro Deo sepelire debent, qui sunt sub Eleëmosinariis aut Camerâ S. Spiritûs, si moriantur pauperes.

8. Tenentur requisiti inservire ægrotis pro decenti victu & 2. stuferis pro die noctuque.

9. Insuper ordinatum, quod debeant habere convenientem numerum Fratrum ad serviendum communitati tempore contagionis, sicut & aliis temporibus. Ita refertur in *Chron. Ms.*

Suprà ad an. 1528. posui cum Grammaye fundationem Domûs Juvenum *het Knechtjens-huys* in foro equino: alii autem, ut Scriban. Papeb. &c., eam referunt ad hunc annum 1558. Verùm conveniunt in fundatrice, quod sit *Joanna van Schoonbeek*, idque constat ex lapide ejus sepulchrali posito in Cathedrali juxtà Fundatio domus *het Knechtjens-huys*.

 Altare

Anno 1558. Altare Veteramentariorum versùs Chorum B. Mariæ, in quo nomen ejus *Schoonbeek* gallicè ponitur *Baurieu* hoc modo.

Icy gist Hugo de Moreau *alias* Jean de Bourgoigne *en son vivant Fourier de l'Empereur Charles V., de haute & louable memoire, trespassa l'an* 1554. *& sa femme Dame* Jenne de Baurieu *Fondatrice de la Maison des pauvres Garçon, trespassa l'an.* 1563. Subjunguntur dein eorum posteri.

In illius Domûs amplo frontispicio suprà portam exposita est sculptura in candido lapide, repræsentans in medio Salvatorem, à dextris quatuor Eleëmosynarios, à sinistris quatuor eorum conjuges habentes ante se adolescentes genuflexos Salvatorem adorantes. Iconismum conservavit Papeb. *Annal. Mss.* Sub ista sculptura posita fuit inscriptio, quæ jam legi non potest: inde fortè scivissemus adæquatum fundationis annum. Grammaye adscripsit fundationem anno 1528., quia tunc empta fuit domus, ut alibi notatum inveni: cum eo autem stat, quod fundatio facta sit seu completa post obitum mariti, id est post an. 1554. Papebrochius eam adscribit huic anno propter inscriptionem, quæ ibidem legitur in una fenestrarum refectorium illumantium, in qua indicatur, *Joannam* hoc anno illius ædificii primùm lapidem posuisse, illiusque fuisse partialem fundatricem: sic autem sonat.

Vyfthien-hondert en acht-en-vyftigh jaer,
September negen was hier geleyt den eersten steen
Van Joanna van Schoonbeek *vrouw eerbaer*
De weduwe van Hugo Moreau *alleen*
Alias de Bourgoigne: *en heeft uyt liefden reen*

Dit

Dit werckhuys *helpen stichten seer excellent*, Anno 1558.
Om arme jongers *te leeren een ambacht gemeen ;*
Waer af de Allemoessseniers hebben het regiment
Ter eeren Godts ende tot saligheyt van de Stede.
Godt verleene haer en al die noch sijn onbekent,
Ende andere, die noch bystant doen mede,
Naer desen corten tyt den eeuwigen vrede.

Notat insuper Papebrochius, fundatricem cognominatam fuisse *Schoonbeeck* à secundo suo marito : verùm in præmissa inscriptione indicatur fuisse vidua solius *Hugonis Moreau*. Interim quod post obitum *Hugonis* alteri nupta non fuerit, satis constat ex ejus testamento confecto sex annis post obitum ejus, anno nempè 1560., cujus Copiam authenticam vidi : in eo enim inscribitur non *Schoonbeeck* sed *Demoyselle Jehanne de Beaurieux vesve de feu Sr. Hugues Moreau, dict Jehan de Bourgoingne* & heredes inscribit duas suas filias legitimas ex *Hugone*. Quid autem prædictæ domui reliquerit per hoc testamentum, patet ex hoc ejus legato. *Item la ditte Demoyselle Jehanne testatrice a donnè, laissè & legatè, & donne, laisse & legate par ces presentes à la chambre des Aulmosniers de cette Ville d'Anvers la somme de quatre mill florins Carolus une fois de vingt patars le florin, pour iceulx estre employez & convertiz au besoing & pour mieulx drescher la mayson, que se faict en ceste ville d'Anvers pour illicq entretenir des povres jeusnes filz, que les dittes Aulmosniers prenderont & leveront de la rue, pour les faire ouvrer & apprendre*

Anno 1558. *aulcun stil ou mestier, & ce par dessus ce que la ditte Demoyselle Jehanne testatrice a desia baillie & furny à ceste fin es mains des dittes Aulmosneirs pour la part de feu son dict mary.* Tertio post hæc anno obiit testatrix.

Donantur Eccl. S. Andreæ 25. campanæ, & turris elevanda decernitur.

In Registro parochialis ecclesiæ S. Andreæ pag. 66. hæc leguntur : *Ten desen tyde soo heeft de stadt vyf-en-twintich cleyne clockxkens met eene orlogie geschoncken aen de kercke van S. Andries, wegende te samen 1268. pondt. Ende is als dan oock geresolveert van den thoren te verhoogen, ende de oude clocken te verhangen ; als te sien is in de rekeninge de annis 1558. ende 1559.*

Adrianus de Witte Socie. Jesu moritur.

Obiit hoc anno vel sequenti, stylo hodierno, Lovanii Id. januarii ADRIANUS DE WITTE Antverpiensis, qui inter primos è Societate Jesu Lovanii, dum illa nondum ibi nec Collegium nec domum certam habebat, confessionibus sacris audiendis aliisque piis exercitiis operam dedit. Libellum, cui titulus *Trajectus ad Cœlum* à morte auctoris *Adrianus Adriani* ejusdem Societatis publici juris fecit. Depositus est in monasterio ad S. Claram. Conciones habuerat frequentissimas in Ecclesiis D. Petri & D. Michaëlis ibidem. Ita Fop. *Bibliot. Belg. pag. 25.*

Petrus Godefridi Bogardus moritur.

PETRUS GODEFRIDI Antverpiensis, minister Generalis tertii ordinis S. Francisci, seu Bogardorum Capituli Zepperensis, & Prior Conventûs Antverpiensis, vir fuit vitæ integritate sanctimonâque omnibus suspiciendus. Designatus Suffraganeus Cameracensis honorem illum magnâ animi demissione recusavit. Bis Romam adiit in negotiis Ordinis sui. Scripsit varia Opuscula pietatem spirantia. *Desertum* sive

Eremum

Eremum Domini. Clamidem sponsi sive *de interna imitatione Vitæ & Crucis Christi. Panem Angelorum* sive *de SS. Sacramento Altaris.* Concionem *de Resurrectione Salvatoris.* Sanctè moritur annis meritisque gravis Antverpiæ anno 1558. æt. 67., sepultus in Choro, ubi ante Iconoclastarum furorem legebatur ejus Epitaphium, quod refert Fop. *Bibl. Belg. pag.* 979. Anno 1558.

Levinus Brechtus Antverpiensis ordinis Minorum poëta elegans, obiit Guardianus Mechliniæ etiam hoc anno 19. septembris. Scripsit *Euripum Tragediam* de vitæ humanæ inconstantia. *Silvam piorum Carminum. Historiam agonis SS. Marci & Marcelliani. Pia carmina Brechtii*, ut *vita S. Lamberti*, *S. Sebastiani* & aliorum. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 790. Cum omnes Bibliotecarii hunc scribant Antverpiensem, D. Paquot *Mem. litt. XI. pag.* 402. id in dubium revocat, censetque eum posse dici *Brechtus* à pago *Brecht* quarto lapide ab Antverpia: verùm nomen *van Brecht* adhuc hodie commune est Antverpiæ & in vicinis locis, licèt illi oriundi non sint ex pago Brecht. Vide ibidem opera ejus latiùs deducta.

Levinus Brechtus minorita moritur.

Quartus denique Antverpiensis Scriptor obiit hoc anno 19. decembris CORNELIUS GRAPHÆUS seu SCRIBONIUS, non quidem Antverpiæ sed Alosti natus, at Antverpianâ civitate donatus eidemque à Secretis. Vir hoc ævo disertus & variæ eruditionis, Poëta, Orator, Historicus & cantor eximius ac Variarum linguarum peritus. Suprà ad an. 1522. *pag.* 365. vidimus *Graphæum* Lutheranismo infectum carceri mancipatum fuisse, & errores suos tum Antverpiæ tum Bruxellis publicè retractâsse. Deinceps autem è carcere liberatus officio fuit restitutus, catholicè vixit & hoc anno piè obiit, sepultus in primaria hujus civitatis ecclesia. Reliquit filium

Cornelius Graphæus S. P. Q. A. à secretis moritur.

Anno 1558. eruditum *Alexandrum Graphaum* Antverpiæ natum, itidem civitati à secretis, qui inter quatuor senior erat anno 1565. Hic se carminibus, quæ vulgavit, etiam celebrem fecit.

Ejus scripta. Dedit Cornelius: *Pompam spectaculorum in susceptione Philippi II. Descriptionem pacis inter Franciscum I. Galliæ Regem & Carolum V. Imp. Descriptionem Senatûs Antverpiani à Carolo V. instituti. Gratulationem Carolo V. pro reditu an.* 1520. *& alteram anno* 1540. *Conflagrationem Templi B. Mariæ Antverpiensis. Sacrorum Bucolicorum Eclogas III. Carmen pastorale, quo Christi nativitas describitur. Monstrum Anabaptisticum. Exprobationem in Diocletianum pro D. Pancratio. Querelam proditi Christi contra Turco-christianos. Periphrasim Psalmi* 123. *contra Martinum Rossemium. Enchiridium Principis ac Magistratûs Christiani* quem libellum confecerat cum *Petro Gillis*, relatum in Append. Ind. Trid. 1596. *Conjugandi & declinandi regulas. Colloquiorum formulas è Terentii Comædiis.*

Positum est ei in dictæ Ecclesiæ parte meridionali è regione sacelli sclopetariorum sequens Epitaphium.

Epitaphium. *CORNELIUS SCRIBONIUS præclaræ hujus Urbis à secretis, sibi suisque & ADRIANÆ PHILIPPIÆ dulciss. uxori vivens pos. Ipsa quidem vixit ann.* LXXI. *Decessit autem* XVII. *Augusti MDLVI. uno &* XL. *ann. marita, Matrona & prudentiss. & pietatis cultrix eximia. Ille verò caram secutus conjugem migravit* XIX. *Decembris MDLVIII. cum vixisset annos* LXXVI. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 201. & D. Paquot *mem. litt. VI. pag.* 187.

Eccl. Antv. designatur erigenda in Cathedralem. Commissarii, per Regem nominati pro negotio novorum Episcopatuum, Belgium jam distri-

distribuerant in certas dioeceses, factis desuper chartis geographicis, Ecclesiasque designaverant, quæ forent metropolitanæ & cathedrales; inter quas designaverant Antverpiensem, quæ foret suffraganea sub metropolitana Mechliniensi. Anno 1558.

Selectus itaque fuit hoc anno 1558. Vir summæ capacitatis *Franciscus Sonnius* Buscoducensis S. T. D. Lov. Cathedralis Ultrajectensis Canonicus ibidemque Inquisitor fidei apostolicus & regius, ut conceptum in Belgio efformatum Pontifici & Cardinalibus examinandum traderet, & Regio nomine erectionem novorum Episcopatuum Romæ postularet. Expensas ad hoc iter necessarias liberaliter suppeditavit Rex, fecitque pro *Sonnio* expediri litteras credentiales ac commendatitias aliaque, quæ pro re tam ardua exequenda requirebantur. Instructiones, juxtà quas *Sonnius* Romæ se gereret, præscriptæ & subsignatæ sunt per Regem Bruxellis 8. martii hujus anni, & referuntur *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. cap. 2.*: in illis autem præscribuntur rationes allegandæ, ob quas petebatur erectio, nempè.

F. Sonnius missus Romam pro erect. Episcopatuum.

Ut populus in Belgio, contermino Germaniæ quæ ad Sectas deflexit, ad quod mercimoniorum causâ inde plurimi infecti confluunt, in fide & religione catholica contineri possit.

Rationes allegandæ.

Quod tàm propter latè diffusas Dioeceses, quàm quòd major pars Belgicæ hujus nostræ exteris Archiepiscopis & episcopis subjecta est, ex eorum officio non magnum hæ Provinciæ fructum episcopalis vigilantiæ recipiant, qualem præsentium temporum pericula postulant. Unde necesse fuit pro extirpanda reprimendaque hæresum zizania Edictorum severitate populum in Officio continere; & per Inquisitores apostolicos Episcoporum partes supplere.

Quod,

Anno 1558. Quod, cum nomen Inquisitoris à plerisque in odium trahatur, nec in omnibus adesse locis possint, consultum sit, dividere diœceses nimium extensas & augere Episcoporum numerum; eo pacto ut singulis Episcopis adjungatur Collegium eruditorum Virorum, quatuor aut quinque Theologorum & quatuor Jurisperitorum, quorum consilio & auxilio utatur Episcopus in gubernanda diœcesi sua: ut ditiones nostræ inferioris Germaniæ ubique & Pastores & eruditorum Virorum copiam habeant præsentes ad majorem fidei & Religionis profectum.

Petendum nè monasteria visitentur ab exteris.

Ultrà Erectionem Episcopatuum præscriptum est Sonnio, ut peteret, nè monasteria visitarentur ab exteris, sed visitatores haberent in hac patria; & monasteria exempta visitarentur auctoritate apostolicâ per visitatores nominandos per Regem; & alia plura, quæ vide *ibidem*.

Sonnius Romam tendit ibique rationes proponit Pontifici.

Decessit itaque *Sonnius* Ultrajecto 25. martii & per Germaniam profectus Romam pervenit 13. may. Ubi die ultimâ ejusdem mensis sanctissimo Domino præsentatus Litteras *Philippi II.* exhibuit, causamque missionis exposuit, prout refertur loco suprà citato *cap.* 3.: ubi inter alia Regem movisse ad petendam dictam Erectionem commemoratur magna & propè extrema, quâ laborabat Germania inferior, necessitas; partim propter sectarium populum, quo ferè omni ex parte cingitur & infestatur (respicit ad Germaniam, Galliam & Angliam) partim quòd sensus & cogitatio nostratum ingeniorum admodum est proclivis ad moliendum aliquid novi in fide catholica; nunc magis quàm aliàs: Ita Sonnius Pontifici. Cumque tradidisset Pontifici divisionem diœcesium & chartas geographicas desuper confectas, respondit

pondit Pontifex : *Fili sis bono animo , quia faciam hujus negotii brevem expeditionem, Regi tuo etiam gratam , & te cum honore remittam.* Et posterâ die deputavit septem Cardinales , qui hoc negotium diligenter examinarent. *Ibidem.* Anno 1558.

Prima congregatio habita fuit 5. augusti , in qua agitatum fuit, an liceret facere divisionem Episcopatuum à Rege catholico petitam? statim resolutum fuit , id ex sacris Canonibus certissimum esse. Secundò an expediret tot erigere novos Episcopatus ? In hoc etiam consensêre Patres auditâ demonstratione Sonnii asserentis , distincta esse Dominia habentia sua particularia & antiqua privilegia , propter quæ non possint evocari ad alienum territorium : & quamquam simul & semel illi omnes novi Episcopatus erigerentur , tamem unumquemque fore duplo majorem insigni illo Episcopatu Tridentino , in quo tum temporis Concilium œcumenicum habebatur. Tertio an citari debeant , qui per divisionem passuri sunt interesse ? Ad quod reposuit Sonnius , quod si deberet præcedere citatio eorum , quibus per divisionem aliquid auferretur , jam turbandum totum negotium nihilque boni secuturum. Probavit item plenam in similibus auctoritatem esse penes Pontificem & Regem , maximè dum de ingenti Ecclesiæ bono agitur , quod pluribus exemplis confirmavit. Ac tandem placuit consilium ejus DD. Cardinalibus.

Acta in prima congregatione Cardinalium.

Secunda Congregatio habita fuit 9. augusti , in ea probatum fuit consilium Sonnii de statuendis in qualibet Episcopali ecclesia viris in Theologia & jure graduatis. Volebant autem , ut præcaveretur , nè Episcopus consilio aut sententiæ Canonicorum suorum adstringeretur : eo quod hoc diminutionem auctoritatis Episcopalis innuere videretur. Ter-

In Secunda.

Anno 1558.

In Tertia

Tertia habita fuit 19. augusti, in qua præsertim discussum est negotium super dote Episcopatuum erigendorum, & divisione Ecclesiæ Trajectensis, quod utrumque placuit Cardinalibus.

In Quarta.

Quarta denique congregatio habita fuit die 27. augusti, ubi admissa fuit divisio Ecclesiæ Cameracensis in Mechliniensem & Antverpiensem &c. propter diversitatem idiomatum & dominiorum, quæ sub antiquis Episcopatibus concurrebant & non parùm impediebant doctrinam & disciplinam per diœcesim exercendam. Placuit etiam erectio Archiepiscopatûs Mechliniensis in Primatiam &c.

Commissum eodem die fuit Cardinali *De Puteo* & *Francisco Sonnio*, ut quæ inter deputatos acta fuerant in unum colligerent fideliterque annotarent: hæc autem scripta dein missa sunt ad Regem, ut approbarentur; simulque tradita sunt Cardinali *Caraffa*, qui ea demùm obtulit Pontifici approbanda die 5. octobris 1558. Constant hæc ex relatis *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. cap.* 4.

Sententia Cardinalium super dote Episc. Antv.

Scriptum autem illud continens sententiam Cardinalium sequitur *ibidem*. In eo autem *Art.* 52. & *seq.* circà dotem assignandam Episcopatui Antverpiensi hæc leguntur: Episcopatibus Mechliniensi, Antverpiensi, Buscoducensi in Ducatu Brabantiæ optimè provisum iri putamus, si Sanctitas vestra singulis uniat tantum de decimis Abbatiarum ac monasteriorum Brabantiæ, quantum oportet; quo usque perveniatur ad summam trium millium ducatorum Antverpiensi & Buscoducensi assignandam. Mechliniensi verò quinque millium propter quod Metropolitana constituatur. Et quia in his locis Brabantiæ carissimè vivitur, uniat simul Sanctitas vestra Mechliniensi Ecclesiæ Præposituram S. Rumol-

S. Rumoldi, Antverpiensi verò & Buscoducensi respectivè emolumenta Archidiaconatuum Antverpiensis & Kempaniensis per hanc divisionem liquescentium &c. Anno 1558.

Verùm modus hic constituendi dotem deinceps per Commissarios pontificios mutatus fuit, satiùsque judicatum Episcopatibus unire Abbatias.

Post hæc per quinque menses Romæ nihil actum est in hoc negotio, impedito Pontifice per negotia maximè urgentia.

Non obstante vigilantia Senatûs, non obstante vigilantia Aulæ, quæ commissarios mittebat ad inquirendum in secreta sectariorum conventicula, non obstante rigorosa punitione eorum, qui detegebantur, crescebat eorum audacia. Hoc anno vulgant Martyrologium, in quo congerunt cujuscumque sectæ homines, qui ubicumque terrarum propter seditiones & alia crimina morte plexi sunt. 1559. Sectarii vulgant suum Martyrologium.

Hujus Martyrologii Auctor refertur fuisse. *Adrianus Cornelius Haemstedius*. Zelandus, natus in Haemstede pago Insulæ *Schouwen*, quem suprà *pag.* 176. vidimus seditiosè predicâsse in hac civitate. De eo latè agit D. Paquot *Mem. litt. X. pag.* 24. *& seqq.* Auctor.

Editum est flandricè in 4°. sine nomine Authoris, typographi & loci, & dedicatum Ordinibus Brabantiæ, Gelriæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ &c. Editionem hanc non vidi, sed vidi editionem auctam Dordracensem anni 1593. 4°. in qua præmittitur dedicatio primæ hujus editionis, signata: *Ghescreven binnen Hantwerpen in den jare onses Heeren MDLIX*. In hac dedicatione improperant Ordinibus & judicibus, quod impediant injustè prædicationem Evangelii: at præ- Dedicatio Ordinibus Provinciarum

Anno 1559. prædicutii illi necdum probaverant legitimitatem suæ missionis, quæ primò necessaria est in prædicante; non probabant illi nec probaverant antesignani eorum Lutherus aut Calvinus, nec sequaces in doctrina eorum legitimam illorum missionem probârunt hactenùs; nec probabunt umquam.

In eadem editione dordracensi indicatur editio anni 1585. etiam aucta, præmittitur enim præfatio data 1. januarii illius anni: ita ut Dordracensis sit editio tertia. Quartò opus illud editum est correctum & auctum Amstelodami 1658. *fol. fig.*

Negotium erect. Epis. agitatur Romæ.

Hoc anno mense martio PAULUM PP. IV. accesserunt *D. Vergas* Legatus Hispanicus & Cardinalis *Pacheto* Hispanicarum rerum protector nomine Regis sui rogantes, ut Belgicæ per hæreses afflictæ per novos Episcopatus quàm primùm succurreret. Cumque Pontifex proponeret quædam, quæ sine dilatione fieri non possent; obtulit Sonnius 10. martii 1559. libellum supplicem relatum *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. cap. 5. memor. IV.*; in quo exhibet Pontifici urgentem necessitatem finiendi negotii. Notat autem in eo Sonnius cleri inscitiam & inhonestatem propter disciplinæ ecclesiasticæ cessationem. Nihil tamen actum est usque ad 22. aprilis, quo Pontifex coram Cardinalibus deputatis agitavit præcipuas difficultates tum super numero Ecclesiarum, tum super dote singulis assignanda. Postridiè vocavit Sonnium asserens, se mox expediturum negotia Ecclesiæ Belgicæ, mandans ei, ut sequenti die rediens adferat schedulam memorialem totius negotii. Sonnius petitum Memoriale jam ante paratum Pontifici exhibuit, qui lectum die 24. Sonnio reddidit subjiciendum examini Cardinalium, Memoriale illud

illud refertur *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. cap.* 6. Anno 1559.

In eo autem circà Ecclesiam nostram hæc leguntur : Per dimembrationem Ecclesiæ Cameracensis constituantur duæ novæ Sedes episcopales, una Mechliniæ in Brabantia in Ecclesia collegiata S. Rumoldi, parte Diœcesis Leodiensis, quæ est in Brabantia, accedente &c. Altera Antverpiæ in Ecclesia collegiata *S.* Mariæ, & habebit sub se Oppida septem præter pagos &c. in longitudinem 58. in latitudinem 36. milliarium Italicorum. Inter tres Ecclesias Metropolitanas, Mechliniensis habebit sub se Ecclesias flandricas sequentes : nempè Antverpiensem, Gandavensem, Brugensem, Buscoducensem, Iprensem, Ruremundensem &c.

Proposita circa Ecclesiam Antverpiensem.

Die 10. may accessit denuò Sonnius PAULUM PP. IV. unà cum Cardinali *Pacheto* afferens novas Litteras PHILIPPI Hisp. Regis, quæ multis ac prægnantibus rationibus erectionem Episcopatuum Belgii exposcebant. Reposuit Pontifex, velle se expedire negotium in proximo Consistorio, ac Regi relinquere nominationem ad omnes Episcopatus, exceptis Ecclesiâ Cameracensi ac duabus, quæ per dimembrationem ejus erigerentur, Mechliniensi & Antverpiensi.

Itaque die 12. may convocato Consistorio, ipso Pontifice differente, intromissoque Sonnio, Pontifex institutionem quatuordecim novorum Episcopatuum planè approbavit, quin & jus nominationis Philippo Regi ejusque successoribus concessit; excepto tamen jure ad Ecclesias Mechliniensem & Antverpiensem, eò quòd erectæ essent in territorio Ecclesiæ Cameracensis, quæ semper, ut prætendebat Pontifex, ad liberam provisionem Sedis apostolicæ pertinuerat. Verùm Rex actis postmodum gratiis

Erecti Episcopatus in Belgio.

Concessa Regi Nominatio

SS.

Anno 1559. SS. Domino pro desiderati negotii expeditione; jus nominandi ad quascumque tam veteres quàm novas Ecclesias metropolitanas aut Cathedrales nullâ reservatâ à Pontifice petiit & impetravit.

Expeditur Bulla. Expeditio autem Bullæ adhuc tardavit ultrà duos menses cum ob morbum & obitum Secretarii, dein ob morbum Pontificis, ad quem Sonnius demùm accessum habuit 4. julii; quando Pontifici exhibuit supplicam postulans, ut Bullam desuper confectam subsignaret & commissarios apostolicos ad exequenda in Belgio pontificia mandata designaret, & se in Belgium dimitteret.

Deputati Pro executione negotii in Belgio. Annuit Pontifex: & petitis nominibus eorum, qui ad hoc munus exequendum aptiores magisque qualificati essent, propositi à Sonnio fuêre *Antonius Perrenot* Episc. Atrebatensis J. U. D., *Philippus Nigrius* Decanus S. Gudilæ Bruxellis J. U. D., *Viglius Zuichemius* Præpositus S. Bavonis Gandavi, sanctioris Concilii Præses J. U. D., & *Michaël Druitius* Decanus S. Petri Lov. Juris canonici Professor. Sed huic paulo post defuncto substitutus fuit *Petrus Curtius* S. T. D. Hos Pontifex die 9. julii admisit ac per speciale Breve designari ac subdelegari voluit. Bullam autem erectionis novorum Episcopatuum subsignavit Pontifex die 21. julii & annulum Piscatoris eidem impressit. Refertur autem apud Miræum *Don. Belg. Lib. I. cap.* 156. & data ponitur 12. may, eo nempè die, quo in Consistorio res decreta fuit.

Redit Sonnius. Itaque Sonnius, cum in hoc negotio Romæ quatuordecim mensibus egisset, celerrimè per Germaniam in Belgium rediit mense augusto, ac Bullam PHILIPPO II. Regi in manus tradidit, antequam discederet in Hispaniam.

In

In dicta autem Bulla quoad ea, quæ nos concernunt, Pontifex sic loquitur. „PAULUS „Episcopus... Cum ea regio (*Belgium*) antiquitùs erectionis cathedralium ecclesiarum suarum tempore sparsim & infrequenter admodùm habitaretur, à tot jam tantisque populis & gentibus incolitur; ut pro oppidorum celeberrimorum, quibus ubique referta est; frequentiâ & castellorum pagorumque multitudine, paucæ ibi sint ecclesiæ cathedrales; quo fit, ut tam pauci Episcopi non eâ, quâ opus esset, diligentiâ tantam animarum multitudinem regere possint; quod quibusdàm eorum hoc etiam est difficilius, quòd ipsorum diœcesani linguæ idiomate institutisque differant; & quidam eorum etiam ejusmodi privilegia habeant, ut ipsos ad Sedem episcopalem non liceat evocare; ità ut nec fidei doctrinâ & piè vivendi præceptis commodè instrui, nec, si quid deliquerint, facilè corrigi ab Episcopis suis possint.

Anno 1559.

Bulla PAULI PP. IV. quâ eriguntur 14. Episcopatus.

Ratio erectionis.

„Ad ipsos verò Episcopos visitandos, admonendos & in officio continendos nè una quidem in tota illa tam celebri & tam longè latèque patente regione Ecclesiâ est Metropolitana; sed illæ, quibus subjectæ sunt, extrà fines ipsius Regis PHILIPPI sunt: earumque Archiepiscopi propter multa & varia impedimenta nulli Suffraganeis usui jam pridem fuerunt. Ad quæ tanta incommoda cùm hoc quoque accedat, quod, cùm ea Regio omni ferè ex parte cincta sit & obsessa à populis hæreticis atque schismaticis, propter assiduas hæreticorum insidias, dolos & fraudes, pestiferasque doctrinas, catholica illic fides & animarum salus in maximo discrimine & periculo versantur.

Anno 1559.

„ His aliisque causis . . . tam graviter pericli„ tanti in illis partibus fidei ortodoxæ & anima„ rum saluti aptissimum remedium esse duxi„ mus , si veterum Ecclesiarum in illa regione „ positarum diœceses , commodioris regiminis „ causâ , divideremus , novisque erectis cathe„ dralibus ecclesiis ejusmodi præficerentur Epis„ copi , qui tum exemplo tum verbo com„ missas sibi oves pascant & . . . doctorum vi„ rorum copiâ muniti . . . illas adversùs insi„ diantium luporum rabiem tueantur atque custo„ diant . . .

Ecclesia Antverpiensis in Cathedralem erigitur.

„ Ex certâ igitur nostrâ scientiâ . . . ab Eccle„ sia Cameracensi . . . eam ipsius diœcesis *Came„ racensis* partem , quæ in Brabantiæ Ducatu „ & Flandriæ Comitatu existit , item ab Eccle„ sia diœcesique *Leodiensi* eam . . . partem , quæ „ est in . . . Brabantiæ . . . Ducatu ditionis ipsius „ Regis PHILIPPI . . . tenore præsentium perpe„ tuò eximimus , segregamus , dividimus & „ separamus ab omni jurisdictione , potestate & „ subjectione . . . Cameracensis . . . ac Leodien„ sis . . . Episcoporum : CAMERACENSEM verò & „ collegiatam S. Rumoldi opidi MECHLINIEN„ SIS & TRAJECTENSEM Ecclesias in Metro„ politanas . . . erigimus & instituimus . . .

„ MECHLINIENSE . . . autem , ANTVERPIEN„ SE . . . Oppida in Civitates erigimus , ac in „ eis sic erectis ecclesias . . . B. Virginis Antverpien„ sem &c . . . in Cathedrales . . . erigimus pro „ cujusque earum civitatum creandis Episcopis , „ qui . . . præsint . . . , aliaque . . in . . . parti„ bus diœcesium suarum , postquam terminata „ fuerint , respectivè exerceant.

„ Ecclesiis vero . . . sic in cathedrales erectis „ eisdemque civitatibus in perpetuum concedi„ mus & assignamus pro suis Diœcesibus . . . „ ANTVERPIENSI territorium septem Opidorum

„ cum

„ cum pagis interjacentibus longitudinis quadra- Anno
„ ginta sex, latitudinis viginti quatuor millium 1559.
„ passuum Italicorum ...; Personas verò eccle-
„ siasticas pro Cleris, & Laicos in illis habitantes
„ pro populis eorumdem. Prætereà ... MECH-
„ LINIENSI *Antverpiensem*, *Gandavensem*, *Bru-*
„ *gensem*, *Iprensem*, *Buscoducensem* & *Ru-*
„ *remundensem* civitates diœcesesque ... attri-
„ buimus & pro ipsius metropolitanis provin-
„ ciis esse statuimus.

„ Archiepiscopali verò Mechliensi quinque Dos illius
„ millium, & cuilibet ex episcopalibus mensis dein mutata.
„ hujusmodi trium millium ducatorum auri de
„ Camera annuos reditus ex certis decimis &
„ bonis ac fructibus, redditibus & proventibus
„ ecclesiasticis, per dictum Nuntium specifican-
„ dis & repartiendis, ex nunc prout ex tunc
„ & è contrà, postquam specificati & repartiti
„ fuerint: ac interim donec specificatio & re-
„ partitio hujusmodi factæ & effectum fortitæ
„ sint & non ultrà, Mechliniensi trium millium
„ & cuilibet ex Episcopalibus mensis prædictis
„ mille quingentorum ducatorum similium an-
„ nuos reditus per ipsum PHILIPPUM Regem ex
„ reditibus & proventibus, quos ex dicta regione
„ percipit, assignandos ... pro earum dote ...
„ applicamus & appropriamus.

„ Eidem autem PHILIPPO Regi ejusque suc- Nominatio
„ cessoribus ... JUS NOMINANDI personas ido- ad omnes
„ neas in Theologia magistros aut in decretis conceditur
„ Doctores seu Licentiatos ...: ad Mechlinien- Regi.
„ sem, Antverpiensem ... ecclesias prædic-
„ tas, tum hâc primâ vice quàm quotiescum-
„ que illas pro tempore vacare contigerit, No-
„ bis & Romano Pontifici, per Nos ... ad
„ nominationem ejusmodi instituendos, in per-
„ petuum reservamus atque concedimus ... Non
„ obstantibus ... Nulli ergo omnino hominum ...

 „ Datum

Anno 1559. „ Datum Romæ apud S. Petrum anno Incar„ nationis dominicæ millesimo quingentesimò
„ quinquagesimo-nono IV. Idûs may Pontificatûs
„ nostri anno quarto.

Cum demùm in hâc Bulla Pontifex Regi concedat nominationem ad Ecclesias Cameracensem, Mechliniensem & Antverpiensem, verosimilè non est, Regem, ut quidam volunt, ad novos Episcopatus nominasse, antequam decessisset in Hispaniam.

Margareta Ducissa Parm. Gubernatrix Belgii.

Interim Rex sorori suæ MARGARETÆ AUSTRIACÆ Ducissæ Parmensi universi Belgii curam imposuit, Provinciarumque præfecturas Optimatibus Belgii distribuit.

Rex discedit in Hispaniam.

Tandem omnibus ritè, ut putabatur, dispositis, sub finem Augusti Rex è portu Vlissingensi in Zelandia solvens prosperis velis in Hispaniam navigavit: unde numquam in Belgium rediit, magno sanè reipublicæ detrimento.

Laboratur in designandis dotibus singulis novis Episcopis.

Paucis ante diebus ex Italia advenit in Belgium *Salvator Pacinius* Episc. Clusinus à PAULO PP. IV. destinatus Nuntius extraordinarius pro negotio erectionis Episcopatuum, sive pro executione Bullæ apostolicæ. Hic mox allaborare cœpit cum viris clarissimis *Antonio Perrenot*, *Viglio Zuichemio*, *Philippo Nigri*, *Francisco Sonnio* & *Petro Curtio*, quos Commissarios Pontifex subdelegaverat. Illi autem conformiter ad informationes anteà captas, juxtà divisiones diœcesium jam à Sonnio Romæ exhibitas, cœperunt singulis novis Episcopis suas dotes assignare.

1560.

Satiùs judicant Episcopatibus unire Abbatias.

Commissarii autem illi, re maturiùs considerâtâ, timentes nè assignatio dotum pro Episcopatibus, quæ juxtà Bullam pontificiam fieri debebat ex bonis & redditibus auferendis à monasteriis, obstaculum foret erectioni; satiùs judi-

Judicârunt Episcopatibus unire Abbatias, ita ut Episcopi in locum Abbatum succederent, & Abbatias tamquam Abbates regerent. Rationes suas eò moventes in scriptis miserunt ad Regem, posteà, si Regi placerent, mittendas ad Pontificem. Scriptum illud refertur *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. cap. 7.* In eo autem hæc leguntur. Anno 1560.

„ Ubi vetusta (*in Belgio*) quædam unio sive „ confederatio est trium Statuum, nempe Abba- „ tum, Nobilium & Oppidorum, inter se à „ seculis usitata in communibus oneribus patriæ „ ferendis.... ibi nullam putârunt deputati fa- „ ciendam repartitionem aut distractionem bo- „ norum à monasteriis: nè reliqui Status pa- „ triæ Nobilium & Oppidorum sentientes ter- „ tium membrum, nempe Abbatum, solitò „ impotentius effectum ad contribuendum, ex- „ asperati pium hoc institutum impugnare & „ calumniari præsumant. Rationes.

„ Sed magis visum est, illic Episcopum „ constituere in locum Abbatum, bonaque „ abbatiarum, deductis oneribus conventûs & „ debitis eleëmosynis, sedi Episcopali loco dotis „ consignanda esse; nullâ aliâ mutatione factâ, „ quàm quod ubi solet esse Abbas, ibi nunc „ sit Episcopus habens perpetuam administratio- „ nem Abbatiæ simul cum gubernatione diœce- „ sis suæ. Quemadmodum id commodissimè „ fieri poterit & citrà præjudicium viventium „ Abbatum: quia illi in dignitate sua & func- „ tione permanebunt; & citrà offensionem Sta- „ tuum patriæ, quia Episcopus ingressus lo- „ cum Abbatis feret onera patriæ, sicut Abbas „ ferre consuevit. Denique citrà immutationem „ cultûs divini formæque monasticæ, siquidem „ Episcopus gubernabit conventum per Priorem „ vel Præpositum ejusdem Ordinis juxtà Regu-

Anno 1560. „ lam religionis, quam professi sunt; sub-
„ ministrans tam quæ ad usum vitæ religioso-
„ rum, quam quæ ad debitas monasterii eleë-
„ mosynas necessaria sunt, haud secùs atque
„ Abbas facere solebat.

„ Neque Religiosi habebunt, quod conque-
„ rantur, de dignitate monastica esse aliquid
„ detractum; cum potiùs eadem sit episcopa-
„ li auctoritate & jurisdictione nonnullorum-
„ que emolumentorum accessione aucta & con-
„ decorata. Ad qualem gubernationem Abbatiæ
„ haud facilè poterit censeri inidoneus, qui
„ tamquam idoneus ad gubernandam totam
„ diœcesim suscipitur.

„ Nec verò dissimile est, quin temporibus
„ his infestissimis retinebitur majus frænum dis-
„ ciplinæ monasticæ à tanta auctoritate, nempe
„ Episcopali, quàm ab Abbatiali retineri posset;
„ cum comperiatur exemplo, observantiam
„ Regulæ S. Benedicti in Abbatia Affligemiensi
„ & S. Amandi multò magis viguisse jam annis
„ plurimis sub diversis Episcopis residentibus
„ ut plurimum in dictis Abbatiis, quàm anteà
„ sub propriis Abbatibus, aut quàm vigeat in
„ aliis monasteriis ejusdem ordinis sub conven-
„ tuali Abbate de gremio monasterii assump-
„ to."

Abbatia Affligemiensis habuit Episc. Abbates.

Abbatia Affligemiensis jam per 44. annos ha-
buerat Abbates Episcopos: primò *Guillielmum de Croy* Episc. Cameracensem, dein *Joan. de Croy* Episc. Tornacensem, qui huc usque Ab-
batiam regebat.

„ Præterea ut sunt Episcopi in iis, quæ
„ sunt administrationis, magis versati atque in re-
„ bus politicis exercitatiores, quàm qui tantùm
„ in monasteriis versantur; poterunt in nego-
„ tiis Provinciæ, dum cum Statibus agitur,
„ plus officii præstare, quàm Abbates, si

„ dein-

„ deinceps ratione Abbatiarum annexarum trac- Anno
„ tationibus intererunt loco Abbatum, qui 1560.
„ duriores & difficiliores esse solent, nihil am-
„ pliùs attendentes, quàm quæ ad commoditatem
„ suarum Abbatiarum pertinent, negelectâ curâ
„ earum rerum, quæ universalem Provinciæ
„ salutem concernunt....

„ Nec metuendum est, quod per hunc mo-
„ dum fiat distractio bonorum monasticorum:
„ nam faciet Episcopus juramentum non solum
„ conventui de bonis monasterii non alienan-
„ dis, sed & ecclesiæ suæ de bonis dotis
„ suæ debitè conservandis. Et licèt nonnullæ
„ harum ditionum Abbatiæ commutentur in
„ dignitates episcopales, manent nihilominùs
„ quàm plurimæ aliæ Abbatiæ integræ, adeo-
„ que multa monasteria, ut pro numero mo-
„ nasteriorum non sufficiant personæ volentium
„ monasticè vivere ob malitiam hujus tempo-
„ ris.

„ Hoc insuper boni ex modo, quem secuti
„ sunt Deputati, eveniet, quod Episcopus
„ habebit monasterium suæ Abbatiæ loco reli-
„ giosi cujusdam secessûs, quo se subducere
„ poterit à tumultibus civicis, vel devotionis
„ vel quietis causâ quoties oportunum erit,
„ manens nihilominùs in loco, unde tam lice-
„ bit intendere gregi dominico, quàm si in
„ Ecclesia sua cathedrali adesset. Quales seces-
„ sus sibi olim sancti Episcopi magno ardore
„ animi conquirebant, ut S. Martinus... S.
„ Willibrordus... S. Luthgerus... Has autem
„ uniones speramus minùs difficultatis habitu-
„ ras...

In hoc scripto etiam quæritur licentia dotan- Quoad dotationem Dignitatum erigendarum.
di Dignitates in cathedralibus erigendas. „ De-
„ putati... consultum judicârunt, in singulis
„ diœcesibus Archidiacono, Archipresbytero,

Anno 1560.

„ Pœnitentiario diœcesano & novem Graduatis, „ Viris, qui Episcopo velut auxiliarii & con- „ siliarii erunt, simul consignare dotes honestas „ ac sufficientes...

Tandem additur: „ Etiam expedit, ut sacra „ sua Majestas nominet ad dictos Archiepisco- „ patus & Episcopatus personas eximias & se- „ cundùm formam Bullæ qualificatas, quæ si- „ mul præsententur Sanctitati suæ; quo nego- „ tium tandem cum fructu expectato ad effec- „ tum deducatur." Hinc intelligere datur, Regem ante discessum in Hispaniam non nominasse Personas ad novos erectos Episcopatus.

Philippus nominat novos Episcopos.

Cum autem Romæ interim actum fuisset, ad obtinendam Regi nominationem ad Ecclesias Cameracensem, Mechliniensem & Antverpiensem, quas sibi Pontifex reservaverat, illaque obtenta fuisset; nominavit Rex pro singulis novis Episcopatibus viros eximios. Et quidem ad Archiepiscopatum Mechliniensem ac Primatiam Belgii nominavit ANTONIUM PERRENOT Episcopum Atrebatensem. Ad Episcopatum verò Antverpiensem *Philippum Nigri* Morino boloniensem J. U. D. Decanum S. Gudilæ Bruxellensem Archidiaconum Morinensem & Cancellarium aurei Velleris ac Consiliarium Statûs.

Philippum Nigri Epis. Antv.

Petit dotationem Episcopatuum.

Dein Rex scriptum, itidem confectum per Sonnium, misit ad PIUM PP. IV., in quo singularum novarum Diœcesium Capitulorumque cathedralium status recensentur, uniones Abbatiarum petuntur, personæ Pontifici nominantur, & earum qualitates exponuntur. Scriptum illud refertur *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. cap.* 8. Et ibidem Romam missum notatur 4. may 1560. Pontifex his precibus consensum præbuit & initio anni sequentis Bullæ desuper Romæ expeditæ sunt, ut infrà dicetur.

Inte-

Interim in illo Scripto circà Antverpiam hæc leguntur. Anno 1560.

„ Pro Ecclesia Antverpiensi, in cujus Civi-
„ tate propter frequentiam populi & negotia-
„ tiones magno vivitur, ac eo loci convenit
„ Episcopum hospitalem esse, adhuc supplicat
„ dictus PHILIPPUS Rex Sanctitatem vestram,
„ ut dignetur unire perpetuò mensæ Antver-
„ piensi monasterium S. Bernardi ordinis Cister-
„ ciensis, olim Cameracensis nunc Antverpien-
„ sis Diœcesis, ad præsens vacans per mortem
„ *Jacobi van der Meiren* extrà romanam curiam
„ defuncti.

Petit unionem Abb. S. Bern. Episc. Antv.

„ Fructus illius non reperiuntur taxati in li-
„ bris Cameræ; valent communi æstimatione
„ duo millia & quingentos ducatos deductis
„ oneribus conventûs, cujus curam habebit
„ Episcopus suppresso nomine Abbatis. Con-
„ ventus verò teneatur Episcopo subesse & obe-
„ dientiam ei promittere, sicut anteà Abba-
„ ti.

„ Ulteriùs assignare ipsi mensæ proventum
„ annuum quingentorum ducatorum auri de Ca-
„ mera ex decimis & fundis monasterii Villa-
„ riensis ... Antverpiæ vicinioribus; & alios
„ quingentos ex bonis Abbatiæ S. Michaëlis
„ Antverpiensis post eorumdem Abbatum mor-
„ tem. Et etiam assignare Episcopo Antver-
„ piensi Canonicatum & Præbendam Ecclesiæ
„ Antverpiensis primò vacaturos, quorum ra-
„ tione sit Capitularis, &c. illos pariter unien-
„ do perpetuò dictæ mensæ.

Et ulteriorem dotationem.

„ Et statuere, quod novem ex canonicati-
„ bus & præbendis dictæ Ecclesiæ, primò
„ post dictam præbendam episcopalem vacaturi,
„ sint Graduatorum & nobilium, ut supra; &
„ conferantur per suffragia, ut suprà. Reli-
„ quæ tamen præbendæ conferantur per reliquos
„ Canoni-

Ut 9. præbendæ assignentur Graduatis

Anno 1560.

"Canonicos in turno suo ordinario ; uti soli-
"tum. Et transferre Archidiaconatum Antver-
"piensem in Ecclesia Cameracensi ad Ecclesiam
"Antverpiensem cedente vel decedente &c. Et
"loco præbendæ , quam habet in Ecclesia
"Cameracensi , una illi applicetur ex dictis
"novem primò vacaturis. Et erigere in ea-
"dem ecclesia Archipresbyteratum civitatensem
"& Pœnitentiariam diœcesanam pro dictis Gra-
"duatis , nominatione tamen Episcopi ; qui
"primam , Archidiaconus secundam , Archi-
"presbyter tertiam , Pœnitentiarius quartam præ-
"bendas primò vacaturas sortiantur.

t erigantur dignitates.

"Et similiter statuere super jure inquirendi ,
"nominandi , residentiâ & divisione fruc-
"tuum & præbendarum , prout suprà dictum
"est : & assignare pro Diœcesi Antverpiensi
"septem Oppida cum pagis &c. juxtà præmis-
"sam descriptionem , cum inhibitionibus &c.
"& clausulis consuetis &c....

Nominat Rex Philippum Nigri Episc. Antv.

"Adhuc dictus PHILIPPUS Rex nominat Sanc-
"titati vestræ ad Ecclesiam Antverpiensem ve-
"nerabilem virum Dominum PHILIPPUM NI-
"GRI Archidiaconum Morinensem. Quæ qui-
"dem Ecclesia ex Collegiata B. Mariæ in cathe-
"dralem erecta in sua primæva institutione
"dotata invenitur multis Dignitatibus , præben-
"dis & aliis Sacerdotiis. Civitas sua est ,
"famosissima & Emporium totius Germaniæ...
"Dictus vero PHILIPPUS est J. U. doctor præ-
"ditus optimis moribus , legitimo matrimonio
"& honestis parentibus natus , dignusque qui Ec-
"clesiam probè regat...

Prioratui S. Salvatoris subjiciuntur duo Cœnobia.

Hoc anno Priori monasterii S. Salvatoris Ordinis Cisterciensis in hac civitate , cui ratione paternitatis subjecta erant Cœnobia *Aula B. Mariæ* in Ziriczea & *Bethleem* in Wateringia , subjiciun-

subjiciuntur per Generalem ordinis duo alia monasteria ejusdem Ordinis, nempè *Donca B. Mariæ* & *Porta Cœli* sita in Hollandia, idque per Litteras datas Tridenti, quæ referuntur *Dipl. Belg. Tom. II. P. I. cap.* 119., unde illas subjungo. Anno 1560.

„NOS Fr. LUDOVICUS DE BESSEY Abbas „Cistercii in Cabilionensi Diœcesi S. T. Doc„tor, universi cisterciensis ordinis Caput ac „Superior generalis &c. Dilecto nobis in Christo „Patri Domino *Everardo Bacx* cœnobii nostri „S. Salvatoris in Antverpia Priori paternam be„nedictionem.

„Cum ad nostras aures fide dignis testimoniis „pervenerit, monasteria ordinis nostri in Hol„landia, *Donka B. Mariæ* & *Porta Cœli* pro„pè civitatem Harlemensem, è linea Mori„mundi nobis innexa, tribus hinc annis om„ni visitatione fuisse destituta; quamque peri„culosum id sit tepidis hisce temporibus ac „grassantium hæresum pravitatibus, vobis con„siderandum manet.

„Quapropter cum charissimus Nobis in „Christo frater & Coabbas monasterii de *Veteri„campo* Archidiœcesis Coloniensis, nos de tua „persona, zelo, discretione & doctrina cer„tum fecerit, unâque jure Paternitatis tibi spe„cialiter incumbat *Aulam B. Mariæ* in Ziric„zea, *Bethleem* in Wateringia annuatim visi„tare ac corrigenda corrigere; ut unà ad „*Donkam B. Mariæ* & *Portam Cœli* Ordinis „nostri monasteria excurras, eaque quoad „spiritualem & temporalem profectum juxtà S. „Patris nostri Benedicti regulam ac constitutiones „& Sanctiones Capituli generalis paternâ curâ „ac sollicitudine ocyùs ac singulis annis visites, „tibique morem gerant, commissione hâc ab„solutâ & independenti, de plenariâ nostrâ, „quâ fungimur, auctoritate jubemus.

„Ut-

Anno 1560. „ Utque chartam visitationum , quoad illorum „ cœnobiorum statum , ac spirituale & tempo- „ rale regimen , illicò vel ad Abbatem Cam- „ pensem vel ad Nos immediatè transmitti cu- „ res , volumus & mandamus ; nullo dubio „ de cæterò hæsitantes , quin hisce visis pro „ Ordinis nostri incremento hanc nostram „ commissionem lubentissime executioni manda- „ bis. Hisce charissime Fili vale cum tuis ad „ tui tuorumque salutem ; & manebo R. Pa- „ ternitati tuæ addictissimus confrater Fr. LU- „ DOVICUS Abbas Cistercii generalis. E civitate „ Tridentina ipsis kal. junii anno 1560."

Jacobus Bordingus medicus. JACOBUS BORDINGUS Antverpianus , cum in patria medicinam exercuisset , medicinæ Doctor & Professor fuit in Rostochiensi academia per septennium , indeque anno 1556. à Christiano III. Daniæ Rege ad Academiam Hafniensem evocatus , cum valetudini ejusdem Regis & Frederici II. præfuisset , ibidem obiit Lutheranis erroribus infectus 5. septembris 1560. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 502. , ubi & referuntur Opera ab eo relicta & Epitaphia ipsi posita.

1561. Pontifex unit Abb. S. Bern. Episc. Antv. Petita in scripto suprà momerato , quod ex parte Regis mense mayo elapso missum erat Romam , placuerunt Pontifici , & in eis consensit ac brevì totum negotium perfecit. Et quidem quoad Episcopatum Antverpiensem die 10. martii 1561. univit illi Abbatiam S. Bernardi per specialem Bullam , quam contractam ex originali subjungo.

Ex Archivis Capituli. „ PIUS Episc. servus servorum Dei ad per- „ petuam rei memoriam ... Nos cupientes men- „ sæ prædictæ de congrua dote & simul Episco- „ po Antverpiensi de loco opportuno , in quem „ devotionis vel quietis causà interdum secedere „ poterit ; commodiùs providere ... , monaste- „ rium

„ rium S. Bernardi... cum omnibus juribus, Anno 1561.
„ jurisdictionibus, membris, annexis & depen-
„ dentiis, nomine & titulo Abbatis ac dignita-
„ te Abbatiali inibi penitùs suppressis & extrac-
„ tis, mensæ Antverpiensi præfatæ, ita quod
„ ex nunc deinceps dilecti filii conventûs dicti
„ monasterii & singulares illius personæ præfato
„ Epis. Antverpiensi pro tempore existenti tam-
„ quam Abbati & Priori ac Pastori in omnibus
„ & per omnia subsint, eique promittant &
„ præstent obedientiam & reverentiam, prout
„ olim ipsi Abbati..., de fratrum nostrorum
„ consilio apostolicâ auctoritate tenore præsen-
„ tium perpetuò unimus, annectimus & incor-
„ poramus; curam dicti monasterii ac hujus-
„ modi regimen & administrationem præfato
„ Episcopo pro tempore existenti in spirituali-
„ bus & temporalibus plenariè committendo...
„ Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarna-
„ tionis dominicæ millesimo quingentesimo sexa-
„ gesimo, sexto Idus martii, Pontificatûs nostri
„ anno secundo."

Videmus hanc Bullam signatam *sexto idus martii* 1560, *anno secundo pontificatûs* PII PP. IV. qui creatus erat pontifex mense decembris anni 1559.: & sic legitur in originali hujus Bullæ & etiam illius, de qua mox agendum. Pro quo notandum, quod annus Cancellariæ apostolicæ, in qua expediuntur Bullæ, initium sumat à 25. martii, id est strictè ab Incarnatione Domini; quod non sic observatur in Secretaria Brevium, in qua cum anno politico incipit annus à Kalendis januarii. Cum itaque Bulla hæc & subsequens datæ sint stylo Cancellariæ; stylo nostro, quo annus incipit à kalendis januarii, datæ fuerunt mense martii anni 1561., qui verè fuit annus secundus PII PP. IV. Et sic omnes Bullæ, in quibus assignati sunt limites

Stylus in datis Bullarum & Brevium.

&

Anno 1561. & dotes novorum episcopatuum Belgii, etiam Mechliniensis, datæ sunt stylo nostro non anno 1560. sed 1561. Vide Papebrchium in *Conatu ad catalogum Rom. Pont. Parte I. pag.* 214., ubi & *Parte II. pag.* 7. etiam satis demonstrat, stylum romanum in signandis Bullis non semper pari passu processisse. Vide etiam *ibidem pag.* 158., sed hæc scripserat ante Appendicem, quam cito ex 1. parte

Bulla Pii IV. pro Episcopatu Antverpiensi. Sequenti die 11. martii idem pontifex aliam Bullam edidit pro Episcopatu Antverpiensi, quæ refertur apud Miræum *Don. Belg. Lib. I. cap.* 157. In ea pontifex designat limites & dotem Episcopatûs; erigit Dignitates in Capitulo, erigit & dotat Graduatos, designat modum eos assumendi ac eorum onera, & obligationem ad residentiam &c. sicque sonat.

Designat limites & loca. „PIUS Epis. servus servorum Dei ad perpe„tuam rei memoriam" Dein cum narrasset, quæ prædecessor PAULUS PP. IV. in erectione Episcopatuum egerat, sic loquitur „Nunc „autem ... illa .. promovere volentes ... con„nuis etiam hortationibus dicti PHILIPPI Re„gis, & pro salute dictorum populorum enixè „prosequentis excitati, motu proprio & ex „certa scientia ac de apostolicæ potestatis ple„nitudine, divisionibus, limitationibus & distri„butionibus ... tamquam in melius reformatis „inhærendo ... omnia & singula Opida, Cas„tra, Villas, pagos & loca infrascripta, „videlicet:

Ex Originali Bulla servata in Capitulo. „*Antwerpia, Lira, Herentals, Bergen-op-„Soem, Steenbergen, Breda, Turnhout, Hooch„straten, S. Willebrord., Doorne, Wynegem, „Woemelghem, Emmersel, Ranst, Oelegem, „Massenhoven, Viersel, Voerschoten, Berchem, „Borsbeeck, Milleghem, Broeckem, Luythagen, „Hoboecken, Mortzele, Vreemde, Emmelen,*

„*Wyl-*

„ *Wylryck, S. Bernardes, Heymyssem, Eygem,* Anno
„ *Hove, Boechout, Nazareth, Stelle (l. Schelle)* 1561.
„ *Artzelaer, Contyck, Nyele, Reedt, Waerloes,*
„ *Rumst, Duffle, Hoyck, Heyst, Berzel, Hul-*
„ *schout, Boeschot, Meerbeeck, Herselt, Ander-*
„ *stat, Gestel, Teteghem, Ballaer, Hallaer, Reyle, Wer-*
„ *le, Vorst, Eynthout, Meerhout, Olmen, Weelde,*
„ *Eel, Ravels, Kessel, Tenhout, Zoerle, Oister-*
„ *hout, Merckhoven, Herenthout, Dunghen prope*
„ *Breda, Nylen, Nordwyck, Bauwel, Oelen,*
„ *Deurien, Gylsen, Alsen, Eiche, Batle, Licht-*
„ *aert, Castel, Tielen, Sandthoven, Grobbendonck,*
„ *Vorselaer, Poerle, Halle, Pulderbosch, Pul-*
„ *de, s'Greven-wesel, Lille, Scilde, In't goer,*
„ *Suersel, Gierle, Westmale, Oistmale, Vlim-*
„ *meren, Beerse, Vorsselare, Berecht; S. Lenard,*
„ *Ryckvorsel, Out-Turnhout, Merxem, Ouster-*
„ *weel, Wilmerdonck, Oerdam, Eckeren, Schoe-*
„ *ten, Oerderen, Brexscaten, Lillo, Hoven,*
„ *Berentrecht, Capellen, Stabroeck, Samdvliet,*
„ *Putte, Offendrecht, Brecht, Calmthout, Achter-*
„ *broeck, Westwesel, Loenhout, Woensdrecht,*
„ *Merl, Ginneken, Hubergen, Neuwmoer,*
„ *Hogerheyde, Emaus, Sundert, Hildernisse,*
„ *Borchtvliet, Nispen, Roesendael, Wouda,*
„ *Baerle, Poldre, Halsteren, Cruyslant, Gastel,*
„ *Oudenbosch, Chaem, Intkaen, Sprudel, Hoe-*
„ *ven, cleyn-Sundert, Etten, Terloer, Rysber-*
„ *gen, Galder, Hage, Terheyden, Tenhout,*
„ *Minderhout, Meera, Meersel, Teteringen,*
„ *Marxblays, Vortel, Bavel,* in posteriori de-
„ signatione subdelegatorum hujusmodi compre-
„ hensa, cum ecclesiis parochialibus, monaste-
„ rii, collegiis etiam canonicorum, capellis,
„ Hospitalibus & Beneficiis, locis & personis
„ ac officiis ecclesiasticis, secularibus & regula-
„ ribus, ac populis, & quibuscumque aliis
„ sub eis comprehensis, præfatæ Ecclesiæ

„ Ant-

Anno 1561.

„ Antverpienſi pro ſua diœceſi ... auctoritate
„ apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò conce-
„ dimus & aſſignamus. "

Loca Diœceſis ordine alphabetico.

Loca iſta pro majori commoditate ſubjungo ordine Alphabetico.

Achterbroeck
Alſen
Andderſtadt
Antwerpia
Artzelaer
Baerle
Ballaer
Batle
Bavel
Bauwel
Beerſe
Berchem
Berecht
Berendrecht
Bergen-op-ſoem
S. Bernardes
Berſel
Boechout
Boeſchot
Borchvliet
Borsbeeck
Brecht
Breda
Brexſcaten
Broeckem
Calmthout
Capellen
Caſtel
Chaem
Cleyn ſundert
Contyck
Cruyſlant
Denrien
Doorne
Duffle
Dungen prope Breda
Eckeren
Eel
Eiche
Emaus
Emmelen
Emmerſel
Enthout
Etten
Eygem
Galder
Gaſtel
Geſtel
Gierle
Gilſen
Ginneken
s' Grevenwetel
Grobbendonc
Hage
Hallaer
Halle
Halſteren
Herentals
Herenthout
Heymyſſem
Herſelt
Heyſt
Hildernisse
Hoboecken
Hoeven
Hogerheyde
Hoochſtraten
Hove
Hoven
Hoyck
Hubergen
Hulshout
In 't Goer
In 't Kaem
Keſſel
s' Lenaerd
Lichtaert
Lille
Lillo
Lira
Loenhout
Luythagen
Marxblays
Maſſenhoven
Meera
Meerbeeck
Meerhout
Meerſel
Merckhoven
Merl
Merxem
Millegem
Minderhout
Mortzele
Nazareth
Neuw-moer
Nilpen
Norderwyck

Anno 1561.

Nyele	Reyle	Vierſel
Nylen	Roeſendael	Vlimmeren
Oelegem	Rumſt	Voerſchoten
Oelen	Ryckvorſel	Vorſelaer
Oerdam	Rysbergen	Vorſt
Oerderen	Sandthoven	Vortel
Oiſtmale	Sandtvliet	Voſſelaer
Oiſterhout	Schoeten	Vreemde
Olmen	Scilde	Waerloes
Oſſendrecht	Sprundel	Weelde
Oudenboſch	Stabroeck	Werle
Ouſterweel	Steenbergen	Weſtmale
Out-Turnhout	Stelle (l. *Scelle*)	Weſtweſel
Poerle	Suerſel	S. Willebrord
Poldre	Sundert	Wilmerdonck
Pulde	Tenhout	Woemelgem
Pulderboſch	Terheyden	Woensdrecht
Putte	Terloer	Woude
Ranſt	Teteringen	Wylryck
Ravels	Tielen	Wynegem
Reedt	Turnhout	Yteghem
		Zoerle

Loca hæc ſic deſignata partim deſumpta ſunt ex diœceſi Cameracenſi, partim ex diœceſi Leodienſi; & poſt admiſſionem novi Epiſcopi, nempe anno demùm 1570., diſtributa ſunt in ſex Decanatus pro totidem Decanis chriſtianitatis. Decanatus illos diſtributos inveni in regiſtro Landecani diſtrictûs Antverpienſis ut ſequitur. Diſtributa in ſex Decanatus.

Decanatus Ruralis Antverpienſis.

Antverpia	Hoogerſcoet	Ekeren
Artſelaer	Cantecrox	Ettenhove
Auſtreweel	Comptich	Heymiſſen
Berchem	Dambrugge capella S. Jobi	Hoboken
Berendrecht	Deurne	Hoeve S. Laurentii
Borsbeke	Edegem	Hogenſchot
Brachsgate		Horſt *ſub Schoeten*
Capelle *ſive*		

Anno 1561.

ten
Kiel
Lillo
Merxem
Millegem
Mortſel
Niel
Oordame
Orderen
Ranſt
Santvliet
Schelle
Schilde
Schooten
Seldenſat
S Gravenweſel
S. Annendael
S.Job in't ghoor
S. Willebrordts
Stabroeck
Wynegem
Wilmerdonck
Wilryck
Wommelgem

Decanatus Lyrenſis.

Anderſtadt
Allaer
Ballaer
Berſele
Bevele
Bouchout
Boeſchot
Boom
Broechem
Duffel
Embrehem
Gheſtelle
Halle
Heyſt op den Bergh
Herlaer
Hoick
Itegem
Keſſel
Lyra
Maſſenhove
Molle
Nazereth
Nylen
Oelegem
Pulle
Pulderboſch
Reet
Runſt
Santhoven
Schrieck
Vierſel
Voorſcoten
Vremde
Waerloos

Diſtrictus Herendalenſis

Bouwel
Eynthout
Gaſtel
Gheſtel
Gierle
Hallaer
Herentals
Herenthout Gummari
Herenthout Petri
Herle
Herſſelt
Herſele
Houtvenne
Hulshout
Hulſen
Lichtaert
Lille
Meerbeecke
Meercappel
Meerhout
Morckhoven
Nooderwyck
Oolen
Olmen
Ooſterwyck
Ouwen
Pouderle
Sittaert
Thielen
Tenhove *aliàs* Hallaer
Veerle
Vorſelaer
Vorſelaer aen 't Sant
Vorſt
Wechelerſande
Wickevorſt
Woeſt-meer-beeck

Diſtrictus Hoogſtratanus.

Achterbroeck
Achterle
Baerle

Berſe

Anno 1561.

Berse
Brecht
Clampthout
Eel.
Hoochstraten
Inschot
S. Lenaerts
Locht
Loenhout
Meere
Meersele
Mercxplas
Mierle
Minderhout
Nieu-moer
Oostmal
Out Turnhout
Overbroeck
Ravels
Riel
Ryckevorse
Sonder-eygen
Soersel
Turnhout
Ulencoren
Vlimmeren
Vorselaer
Weelde
Westdeurne
Westmael
Woestwesel
Wortel

Decanatus Bredanus

Alphen
Bavel
Beeck
Breda
Chaem
Cruyslant
Dorst
Druysdyck
Dungen
Etten
Gageldonck
Galder
Gilse
Ginneken
Haga
Heusenhout
Magnum Sundert
S. Marters
Merckendael
Molenschot
Nispen
Oosterhout
Op-de-leur
Parvum Sundert
Poppel
Ryen
Rysbergen
Strybeeck
Suyderschaem
Tenhoute
Ter-heyden
Tetteringen

Decanatus Bergensis

Baudewyns polder
Bergen op soom
Borchvliet
Broeckhoven
Calfsdonck
Cruyslant
Clundert
De-Blaeck
Dinteloort
Emaus
Engelsborch
Fynaert
Gastel
Halteren
Haerle
Heyninge
Hildernisse
Hoeve S. Catharinæ
Hoegerheyde
Huybergen
Nieugastel
Nieuvosmeer
Ossendrecht
Oudenbosch
Polder
Princenlant
Putte
Roosendael
Ruchveen
Ruyen
Sant-daer-buyten
Sprundel
Steenbergen
Vroenhout
Woude
Willemstadt
Woensdrecht

Anno 1561.

Attribuit dotem Episcopo

Quantùm ad dotem episcopatûs, Pontifex ante datam hanc Bullam, ut suprà pag. 204. vidimus, per speciales Litteras unierat ei Abbatiam S. Bernardi: sed quia Abbatia illa, pro decenti sustentatione Episcopi, non judicabatur sufficere, quosdam proventus ex bonis duarum aliarum Abbatiarum, nempe Villariensis & S. Michaëlis, eidem adjecit per hanc Bullam, dicens:

Pensio ei solvenda ab Abb Villariensi & S. Michaëlis.

„Et ut Episcopus Antverpiensis pro tempo-„re existens statum suum, juxtà pontificalis „dignitatis exigentiam, decentiùs tenere; ac „onera præsertim in ea amplissima civitate, in „qua propter frequentiam populi & continuas „negotiationes magno vivitur, commodiùs „perferre; & quam Episcopum decet Hospita-„litatem exercere valeat, à S. Mariæ VILLA-„RIENSIS, olim Leodiensis nunc verò Namur-„censis Diœcesis..., usque ad quingentorum; „& à S. MICHAELIS Antverpiensis monasteriis „seu eorum mensis abbatialibus, proprietates „& bona, etiam in decimis consistentia, us-„que ad aliorum quingentorum ducatorum „auri de Camera proventûs annui summas, „cum primùm monasteria ipsa per cessionem „vel decessum illorum modernorum Abbatum „seu Commendatariorum... vacaverint, ex „nunc prout ex tunc & è contrà, perpetuò „segregamus & dividimus; illaque sic segrega-„ta & divisa præfatæ mensæ Antverpiensi etiam „perpetuò applicamus & appropriamus."

Bona autem, quæ Pontifex hìc à dictis Abbatiis segreganda decernit, segregata & tradita non fuerunt: sed illorum loco unaquæque ex dictis Abbatiis solvit Episcopo Antverpiensi annuè summam mille florenorum pecuniæ currentis in Brabantia; qualem summam eâ ratione perpetuis futuris temporibus annuè eidem sine ulla defalcatione pendendam decrevit nuper Con-

cilium

cilium Brabantiæ per sententiam, occasione quarumdam difficultatum desuper motarum, latam die 24. aprilis anno 1755.

Anno 1561.

Canonicatus ei unitur.

Insuper episcopatui attribuitur & unitur Canonicatus in capitulo Antverpiensi. „ Ex omni„ bus, inquit Pontifex, canonicatibus & præ„ bendis dictæ Ecclesiæ Antverpiensis... idem „ Episcopus unum vel unam omnium primò „ vacaturos tamquam mensæ episcopali perpe„ tuò unitos (& quos Nos similiter ex nunc „ prout ex tunc & è contrà ipsi mensæ perpe„ tuò unimus, annectimus & incorporamus) „ obtinere, illorumque ratione persona capitu„ laris esse, vocemque & auctoritatem etiam „ in Capitulo super Decanum & Canonicos ha„ bere... debeat." Unio hæc ad effectum ducta est.

Erigit Dignitates in Capitulo.

Cum in Capitulo Antverpiensi duæ tantùm essent Dignitates nempe Decanatus & Cantoria, tres alias in eo erigit Pontifex nempè Archidiaconatum, Archipresbyteratum & Pœnitentiariam.

Archidiaconatum.

„ Nec non ARCHIDIACONATUM Antverpiensem „ in dicta Ecclesia Cameracensi, qui inibi „ Dignitas, non tamen major post pontifica„ lem, existit, similiter cum per primum cessum „ vel decessum moderni Archidiaconi Antverpien„ sis in dicta Ecclesia Cameracensi... vacaverit... „ cum omnibus juribus, jurisdictionibus & pertinen„ tiis suis ad præfatam Ecclesiam Antverpiensem, „ similiter, ex nunc prout ex tunc & è contrà, „ (ita quod Archidiaconus Antverpiensis pro „ tempore existens, post cessum vel decessum „ moderni, in eadem Ecclesia Antverpiensi, „ prout olim in dicta Ecclesia Cameracensi, resi„ dere, ac jurisdictionem per universam Diœ„ cesim Antverpiensem præfatam, adinstar „ aliorum, qui nunc sunt in ulla parte ejusdem

Anno 1561.

„ Diœcesis Antverpiensis, omninò habere, eamque perpetuò exercere debeat) transferimus."

Cum Capitulum Antverpiense anteà habuisset Jurisdictionem Archidiaconalem, eam retinuit usque in hodiernum diem in civitate & suburbio : ita ut Archidiaconus hìc institutus jurisdictionem suam tantùm exerceat in reliqua parte Diœcesis extrà suburbium.

Archipresbyteratum.

„ Ac in eadem Ecclesia Antverpiensi unum „ ARCHIPRESBYTERATUM civitatensem pro uno „ Archipresbytero civitatensi, qui curam Rec„ torum Parochialium &... verbi Dei per „ civitatem ; ac unam POENITENTIARIAM diœ„ cesanam, nuncupandas Dignitates inibi, non „ tamen post pontificales majores, pro uno „ Pœnitentiario diœcesano, nuncupandis, qui „ curam conscientiarum populi per universam „ diœcesim Antverpiensem hujusmodi habeant, „ perpetuò erigimus & instituimus."

Pœnitentiariam.

Cum Capitulum Jurisdictionem Archipresbyteralem hactenùs habuisset in suos subjectos, eam retinuit & exercet usque in hodiernum diem ; subjecti autem ejus sunt non tantùm Beneficiarii & Officiarii Ecclesiæ matricis, sed & Curati & Capellani ac Officiarii subalternarum Parochiarum : ita ut Archipresbyter hìc institutus Jurisdictionem exerceat in clericos Capitulo non subjectos.

Erigit & dotat Graduatos

„ Et ut idem Episcopus Antverpiensis pro „ tempore existens Ecclesiam suam personis „ eruditis & ad jurisdictionem inibi exercendam, „ cæteraque munia ecclesiastica obeunda idoneis, „ debitè instructam jugiterque decoratam habeat „ perpetuò ; statuimus & ordinamus, quod ex „ omnibus canonicatibus & præbendis dictæ „ Ecclesiæ Antverpiensis (qui multi & pingues „ existunt) decem, quos primò ... vacare con-

„ tigerit

„ tigerit, ... sic perpetuò affecti remaneant, Anno
„ quod idem Episcopus unum vel unam om- 1561.
„ nium primò vacaturos ..., reliqui verò novem
„ canonicatus & præbendæ prædicti tribus
„ *Magistris* aut *Licentiatis in Theologia* & tri-
„ bus aliis *Doctoribus Decretorum* seu in eis
„ *Licentiatis*, ac tribus aliis *Nobilibus* ejus
„ dioecesis etiam in Jure vel Theologia, saltem
„ gradu Licentiaturæ in famosa quapiam Uni-
„ versitate studii generalis ..., promotis ...
„ in perpetuum concedi & assignari debeant.
„ Quodque ad sex priores tam nobiles quàm
„ non nobiles, ut præfertur tamen qualificati;
„ ad reliquos verò tres canonicatus & tres præ-
„ bendas ex reliquis novem canonicatibus &
„ præbendis hujusmodi, nulli nisi Nobiles &
„ graduati, ut præfertur, assumi possint. Ac
„ unus Archidiaconus ad Archidiaconatum,
„ & alius Archipresbyter ad Archipresbyteratum,
„ nec non reliquus ex dictis Graduatis Pœniten-
„ tiarius ad Pœnitentiariam hujusmodi ad no-
„ minationem Episcopi dicti assumi, & om-
„ nium primi post Episcopum vacaturos canoni-
„ catus & præbendas prædictos simili ordine
„ consequi debeant."

Ultrà Canonicatum alia dos in hac Bulla non assignatur Graduatis nec Dignitatibus. Nec Graduati hactenùs ulteriùs dotati sunt, & in nullo à reliquis Canonicis differunt; nisi quod ex ipsis assumi debeant Archidiaconus, Archipresbyter & Pœnitentiarius. Tres autem illæ Dignitates deinceps ulteriùs sunt dotatæ; & quidem Archidiaconatui unitus est Personatus de *Ballaer*; Archipresbyteratui Personatus de *Heyst* & Pœnitentiariæ Personatus de *Wommelgem*. Personatus autem illi dictis Dignitatibus verosimiliter uniti sunt, dum dein successivè devoluti fuerunt ad Episcopum. Dignitates dein ulteriùs sunt dotatæ.

 „ Ut

Anno 1561.

Qualiter Graduati assumendi.

„ Ut autem de viris spectatæ doctrinæ & pro„ bitatis, ad ædificationem Ecclesiæ Dei, ac„ curatiùs prospiciatur, quod ipsi novem ca„ nonicatus & novem præbendæ hâc primâ vice „ per præfatum Episcopum dumtaxat, & deindè „ quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut „ præfertur, ad electionem Episcopi & alio„ rum graduatorum præfatorum superstitum per „ eos conferantur; & in ejusmodi electione „ suffragium Episcopi non plus juris sive mo„ menti quàm cujusvis Graduatorum habeat; „ nisi vocum paritate occurrente, tunc itera„ tum ad hoc Episcopi suffragium paritatem di„ rimat... Forma electionis præmissæ omni „ tempore servari, & nullâ causâ infringi de„ beat." Servatur id hodieque.

Graduatorum onera.

Sunt Concilium Episcopi

Dein pontifex describit peculiaria Graduatorum onera. „ Ac omnes & singuli ratione sua„ rum hujusmodi præbendarum consilium & ope„ ram in negotio Ecclesiæ & Religionis, cæ„ terisque difficultatibus pro tempore emergenti„ bus, quoties ab Episcopo suo requisiti fue„ rint, tam conjunctim quàm divisim, præstare „ teneantur...

Duo ex illis visitatores Diœcesis.

„ Quodque unus ex novem Canonicis præ„ fatis Magister vel Licentiatus in Theologia & „ alter Decretorum Doctor seu etiam Licentia„ tus, seniores ratione suarum præbendarum, „ facultatem habeant visitandi per universam „ diœcesim Antverpiensem prædictam ab episcopo „ inquirendi; cæteri vero Canonici graduati „ prædicti, quandocumque requisiti fuerint, „ illis assistere teneantur.

Quatuor Examinatores.

„ Ac ex reliquis senioribus Canonicis præfatis „ duo in Theologia & unus in jure Canonico „ graduati... unà cum prædicto Archidiacono „ curam habeant examinandi promovendos ad „ sacros Ordines, & admittendos ad curam „ anima-

„ animarum , quâcumque auctoritate illi provisi „ fuerint ; neminem nisi idoneum , seque per- „ sonalem residentiam facturum , medio ju- „ ramento promittentem , admittentes.

Anno 1561.

Debent personaliter residere.

„ Et quoniam impia hæreticorum studia tem- „ porisque malitiâ viros doctos ab Ecclesiis suis „ diutiùs abesse non patiuntur ; quod si Cano- „ nici graduati prædicti ab Ecclesia sua , nisi „ ab Episcopo seu Capitulo missi per duos men- „ ses absuerint , integros suæ præbendæ fruc- „ tus illius anni amittant & Capitulo ce- „ dant.

Punctum hoc observatum non fuit : graduati enim æqualem liberam absentiam habent sicut cæteri canonici, nempe nonaginta dierum.

Distributiones quotidianæ in Capitulo.

Deindè quædam statuuntur circà divisionem bonorum Capituli pro distributionibus quotidianis „ Ac omnes proventus singularum præben- „ darum dictæ Ecclesiæ in duas partes æquales „ dividantur , quarum altera pro quotidianis „ distributionibus his solis , qui divinis officiis „ in choro deservierint & inibi à principio „ usque ad finem , exceptâ necessitatis causâ , „ permanserint, ministrari debeat ; nec quisquam „ ullâ dispensatione vel alio privilegio apostoli- „ co , quâcumque causâ impetrato vel con- „ cesso , sese à residentia hujusmodi eximere „ possit. " Ante hac , ut suprà vidimus, consuetudo Capituli , etiam decreto pontificio firmata , habebat , quod pro percipiendis distributionibus in matutinis nulla causa excusaret à personali præsentia : id autem etiam hodiè observatur.

Cura Ecclesiarum per Diœcesim.

Tandem quædam adjiciuntur circà curam aliarum in diœcesi ecclesiarum. „ Cæteræ Ec- „ clesiæ civitatis sub cura dicti Archipresbyteri „ Civitatensis " (quod effectum non habuisse suprà dixi) „ extrà verò eam & in diœcesi

„ Antver-

Anno 1561.

„ Antverpiensi existentes vel sub suis Decanatibus.
„ aliisve jurisdictionibus, prout hactenùs, re-
„ maneant; vel meliore modo arbitrio Episco-
„ pi distribui, ipsorumque Decanatuum De-
„ cani, salvo dicti Episcopi moderamine,
„ emolumenta hactenùs percipi solita percipere
„ possint... Nulli ergo... Datum Romæ
„ apud sanctum Petrum anno Domini millesi-
„ mo quingentesimo sexagesimo, V. Idus
„ martii, Pontificatûs nostri anno secun-
„ do."

In hac Bulla nulla fit mentio PHILIPPI NIGRI nominati ad Episcopatum Antverpiensem: undè præsumendum est, eum per specialem Bullam obtinuisse pontificiam confirmationem, à Rege cum suprà relatis petitam.

Differtur admissio Episcopi.

Sic itaque negotium erectionis Episcopatûs Antverpiensis terminatum fuit Romæ: hìc autem terminatum non fuit nisi post novem annos propter difficultates desuper undique motas, ut infrà dicetur.

Calvinismus in Belgio.

Cum Regnum Galliæ turbatum esset seditionibus Calvinistarum, plures illius sectæ in Belgium confugerunt; & per eos & per commercia calvinismus illic irrepsit. Ab illius sectæ hominibus Tornaci, Valencenis & in agro Insulensi an. 1561. occulta primùm conventicula sunt habita, in quibus psalmos à clemente Maroto gallicè redditos more Geneventium decantabant. Miræus *Chron. Belg.* Haræus *Annal. Duc. Brab.* Ulteriùs progressi etiam Antverpiam venerunt: ubi sensim multiplicati post paucos annos seditiones terribiles excitârunt, ut infrà dicetur.

Adri. de Saravia prædicutius

Cum illis venit Antverpiam *Adrianus de Saravia* origine Hispanus nativitate Hesdiniensis Arthesius, qui illis in occultis conventiculis præ-

prædicutius erat, & unus è primis auctoribus fuit *Confessionis fidei*, quam vulgârunt anno 1566., ut suo loco dicetur. Vide D. Paquot *Mem. Litt. XI. pag.* 339.

Anno 1561.

Quantùm ad erectionem Episcopatuum multi quidem eam probabant propter circumstantes undique Provincias hæreticas, ut nempè tantò diligentiùs in amplissimè habitato & frequentato ab exteris Belgio advigilaretur: neque novum id esse in Ecclesia ajebant.

Difficultates motæ contrà Erectionem episcopatuum

Alii interim factum improbabant. Querebantur veteres Episcopi tum belgici tum finitimi, quod accessu novorum Antistitum, illi quidem contractiores haberent terminos, hi verò præter terminos etiam pontificales fructus tenuiores; præsertim cum Romæ res definita esset, iis, quorum intererat, non auditis:

Querelæ Episcoporum.

Nobiles querebantur, quòd inconsultis Statibus res hæc peracta esset; quòd Episcopi Abbatum loco frequentarent Comitia, futuri longè quàm Abbates, pro eo quo essent gradu, potentiores: ideoque de nobilium non solùm auctoritate plurimum detractum iri, sed etiam de libertate &c.

Nobilium.

Qui incitaverant populum contrà institutionem Inquisitionis eodem titulo incitabant eum contrà erectionem Episcopatuum: unde clamor, quòd esset contrà libertates & privilegia patriæ; quòd sub pallio erectionis Episcopatuum lateret introductio Inquisitionis: notanter quòd in generali Bulla erectionis statutum esset, quod singulis Episcopis jungi deberent novem Graduati, qui in negotio Inquisitionis eis deberent assistere. Ita illi. Quasi plures Episcopi singuli in sua diœcesi majorem auctoritatem habuissent, quàm habuerant ante pauci in latè diffusis

Populi.

Anno 1561. diffusis diœcesibus ; sed angebat infectos, quod Episcopi in parvis diœcesibus faciliùs & exactiùs potuissent invigilare in hæresi infectos : ideoque querebantur, quod plures nominati essent theologi, qui anteà fuerant Inquisitores, adeoque, quod libertates & privilegia auferrentur. Intelligebant libertatem in exercitio Religionis : sed numquam assignatum est ullum privilegium, quo liberum esset in Belgio exercere quamcumque Religionem. Proferebant quidem, quod Belgarum nemo, præcipuè Brabantini, plecti non possent nisi per loci judicem, non per Ecclesiasticos : sed in dicto privilegio adjectum erat : *Nisi in Crimine privilegiato* : jam verò hæresis tale crimen erat dudumque fuerat, ut patet ex legibus Imperialibus allegatis per Haræum *Annal. Duc. Brab. ad an.* 1560.

Querelæ monachorum contrà dotationem Episc.

Hæc quidem directè contrà institutionem Episcopatuum : sed non minùs acres fuerunt oppositiones contrà dotationem, notanter ex parte monachorum, quorum Abbatiæ unitæ erant Episcopatibus aut gravatæ pensionibus. Dicebant illi, quod monasteria privarentur præëminentiis & regio Abbatiis ; quod majorum instituta valere deberent ; quod monachis præfecti dandi non essent, qui monachorum disciplinam nullam tenerent ; quod violarentur contrà jus gentium supremæ testatorum voluntates, qui hospitibus & egenis, quod superesset monachorum necessitatibus, voluissent impendi ; quod nunc quidem in speciem theologi exhibeantur, posteà Aulicis omnia futura sint prædæ ; quod bona monasteriorum ad manus exterorum venient ; denique quod Rex egerit contrà juramentum factum in læto ingressu, in quo promisit nullam Abbatiam dandam in commendam, jam autem dari in Commendam Episcopis.

Super

Super his autem & similibus innumeræ latæ sunt queremoniæ ad Aulam ; & hinc dilatio admissionis quorumdam Episcoporum , notanter Antverpiensis ; quia & Antverpienses & Religiosi S. Bernardi nullum non moverunt lapidem ad impediendam & admissionem & dotationem Episcopi. Anno 1561.

Quantùm autem ad queremonias monachorum , quia Regis honorem impetebant , consultæ fuerunt desuper Facultates Juris & Theologiæ Universitatis Lovaniensis , quarum resolutio integra refertur *Dipl. Belg. Tom. III. Part. II. Cap.* 177. , & data fuit 4. junii 1561. Consulti sunt desuper D.D. Lovan.

In ea probant Pontificem posse erigere novos Episcopatus ; Erectionem Episcopatuum in Belgio necessariam & piam , ut nullus sine scrupulo conscientiæ sese ei opponere possit. „Quin „imò , inquiunt , cum sanctissimi hujus in„stituti ratio ad omnes christiani nominis ho„mines pertineat , scilicet ut id omnes pro se „quisque juvent & promoveant ; tum maximè „pertinet ad eos , qui ad vitam monasticam „se contulerunt , quorum Professio ea est pro„pria , ut inquit Justinianus , ut rebus hu„manis contemptis ac despectis in rerum divi„narum contemplatione se collocent : quibus „tuendis & augendis amplificandisque tantùm „abest , ut ullo modo deesse , aut , quod „magis indignum est , adversari rectè possint ; „ut sanguinem potiùs suum profundere , opes„que negligere debeant , quàm ullâ ratione „committere , ut rei tam sanctæ , quam Pon„tifex ipse Max. & cum eo Rex catholicus „optimus Princeps noster planè necessariam „judicavit , non adversari sed nè vel moram „facere videantur. Quod quidem hoc tempore „eò magis locum habet , quod si vel minimas Resolutiones ipsorum.

„vires

Anno 1561. „ vires hæretici nancifcantur (quod Deus avertat) ipfi primi futuri effent, in quos malum iftud, quo tam graviter laboramus, redundaret... Turpe fanè effet Ordini monaftico, cujus res potiffimum agitur, prætextu minimi alicujus incommodi (fi modò incommodum dicendum eft) idque paucorum monafteriorum, impedire quominùs res tam fancta procedat, reliquaque monafteria omnia unà cum vera Religione conferventur."

Dein exemplis probant, Pontificem, dum erigit novos Epifcopatus, illis poffe applicare integra monafteria; in eoque non contraveniri teftatorum voluntatibus: adeoque poffe partes illorum, nempe Abbatias, illis applicare. Dein probant, proprium Epifcopum diœcefanum non poffe dici *Præful fecularis* aut *extraneus*. Tandem probant Principem non egiffe contrà jusjurandum in læto Introitu, affirmantes & probantes applicationem hanc Abbatiarum non poffe dici Commendam nec quidquam commune habere cum ea, fed effe veram unionem, quæ Titulum formet. „Et ideo, inquiunt, quoniam per felicem Introitum neque verbo ullo neque fententiâ impeditur, quominùs Pontifex Max. novos Epifcopatus ex causâ inftituere, iifque manafteria integra applicare poffit propter bonum publicum, tantum abeft, ut de præfenti hoc inftituto *Status* ac multò quidem minùs *Religiofi* fub prætextu felicis Introitûs jure conqueri poffint; ut contrà gratulari fibi debeant, rationem inventam effe, quâ & utilitati communi confulatur, & fimul monafteria, fecundum ea quæ fupra dicta funt, conferventur; cum jure tota tolli Epifcopatibufque applicari poffent.

Latiùs

Latiùs hæc deducta videri possunt in ipsa consultatione loco suprà citato. Religiosi autem post hæc designationem Abbatiarum pro dote Episcopatuum non ampliùs *Commendam* dixerunt, sed *Unionem*; ad quam tollendam deinceps agere non cessârunt. Anno 1561.

Religiosi itaque S. Bernardi cum Tongerloënsibus & Affligemiensibus, quorum Abbatiæ respectivè unitæ erant Episcopatibus Antverpiensi, Buscoducensi & Mechliniensi, querebantur, quod ad electionem Abbatum è gremio juxtà privilegia sua & consuetudines pervenire non possent, qualiacumque exhibuissent Aulæ, & non obstante quod Cancellaria Brabantiæ ipsis favorabile advisamentum dedisset. Indè querelas suas detulerunt ad aliorum monasteriorum Abbates, dein etiam ad Nobiles & civitates Brabantiæ, qui tria membra Statuum Brabantiæ repræsentant, supplicantes, quatenùs juncti petant à Gubernatrice Belgii licentiam eligendi Abbates. Fecerunt id, sed nihil obtinuerunt, dicente Gubernatrice, id in sua potestate non esse, Regemque sibi similia reservasse. Hinc Status deputatos in Hispaniam miserunt ad Regem, qui personaliter libellum supplicem Regi obtulerunt, in quo exhibebatur, quòd Abbatias subjicere aliis Rectoribus, easque consuetâ electione liberâ privare non tantùm esset contrà æquitatem & rationem, sed etiam contrà privilegia tam Brabantiæ in generali, quàm dictarum Abbatiarum in particulari. Ad supplicam illam Rex brevî respondit, quod Religiosis debeat sufficere, quod Abbates habeant; imò quod gratum illis esse debeat, Abbates suos episcopali Mitrâ decoratos esse. Cum hoc responso redierunt Deputati, quod parùm placuit Statibus & multò minùs Abbatibus

Agitur pro tollenda unione Abbatiarum.

Anno 1561. tibus Brabantiæ. Ita *Wesenbeek*. Abbates tamen dein apud Regem agere non cessârunt pro tollenda dicta unione.

1562. Religiosi S. Bernardi eligunt Abbatem. Thomam Thieldt. Interim Religiosi S. Bernardi, quorum Abbatia vacaverat à 17. novembris anni 1559., quo obierat *Jacobus van der Meeren*, processerunt ad electionem Abbatis è gremio, elegeruntque anno 1562. THOMAM THIELDT Pastorem in pago *den Oudenbosch*. Ita Author *Hist. Episc. Antv. pag.* 45. & Haræus *ad hunc annum*, asseruntque religiosos ad hoc facultatem obtinuisse, sed non dicunt à quo. Certè non à Rege, qui demùm, ut infrà dicetur, in dimembrationem consensit post duos annos; nec etiam à Gubernatrice, cui ad hoc potestas non erat, nec à Pontifice qui Abbatiam unierat Episcopatui Antverpiensi. Addit autem prior, electum illum demùm inauguratum fuisse post duos annos, & Ordinum etiam Brabantiæ Comitia frequentâsse. Dilata autem fuit inauguratio per duos annos, nempè usque dum Rex consensisset. Verùm electio hæc malè cessit Abbatiæ, ut infrà dicetur.

Rex erigit Universitatem Duacenam. PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex multa jam effecerat pro conservanda Religione in Belgio. Renovaverat severa edicta Patris contra seditiosos sectarios. Procuraverat à quinque annis Catechismum, qui solus in scholis prælegeretur, doceretur & disceretur. Procuraverat à tribus annis erectionem plurium Episcopatuum, quo plures vigiles in Belgio forent contra undique inundantes hæreticas opiniones. Hoc autem anno 1562. idem intentum prosequens erigit novam Universitatem in civitate Duacena, ut qui simul gallicum discere vellent, non irent ad Universitates Galliæ & notanter Genevensem, in qua sedes erat Calvinistarum: experientia enim docuerat juven-

tutem

tutem inde redeuntem infectam esse. Sollicitaverant hanc erectionem Duacenses ab anno 1530., sed obstantibus tunc Lovaniensibus, quorum summa erat apud Cæsarem gratia & summa apud omnes auctoritas, nihil obtinuerant. Jam autem insciis Duacensibus decreta fuit erectio & brevi, collaborante Richardote Episcopo Atrebatensi, in cujus diœcesi ea urbs sita erat, & non obstantibus conatibus Lovaniensium, ad effectum ducta est; ita ut primâ octobris hujus anni scholæ apertæ sint. Orangius, qui omnem captabat occasionem insimulandi Regem ejusque ministros, erectionem hanc ægrè tulit, notanter quòd res tanti momenti se inscio peracta esset.

Anno 1562.

Orangius id ægrè fert.

Populus Antverpiensis, qui sicut concitatus fuerat contrà introductionem Inquisitionis, eodem titulo concitabatur adversùs erectionem Episcopatùs in Civitate sua, cessavit iterum sicut anno 1550. ab exercitio mercaturæ, timens nè cum novo Episcopo introduceretur & Inquisitio. Ita *Wesenbeek*, qui in hâc re suspectus est, ut infrà dicetur. Senatus itaque urgebatur à plebe ad conservanda privilegia sua, libertates & jura: urgebatur ab Aula, ad efficiendum, ut novus Episcopus secundùm placitum Regis sine offendiculo acceptaretur, sicut in aliis civitatibus. Hinc, ut utrique parti faceret satis, studiosè in scripta redegit perplexitatem civium quoad institutionem novi Episcopi in tali Emporio, frequentato à tot peregrinis nationibus; eò quòd magnoperè timerent, nè sub ea lateret Inquisitio, quâ se non inquietandos in promissis habebant. Scripta illa Senatus exhibuit Aulæ. Responsum autem Bruxellis obtinuit, quod intentio non esset introducere Inquisitionem aut cives in aliquo læde-

Senatus offert libellum supplicem contrà erectionem Episc.

Anno 1562. lædere, quin potiùs eos honorare episcopali sede: quodque nihilominùs libellus supplex mitteretur ad Regem. Cum autem hoc factum fuisset, Rex dein pariforme responsum dedit. Dein ob easdem rationes novum iterum libellum obtulit Gubernatrici, sed aliud responsum non tulit, quàm quod se conformare deberent voluntati Regis, qui negotium hoc totaliter sibi reservaverat. *Wesenbeek pag.* 30.

Generalis Societatis Jesu Antverpiam venit.

Hoc anno Antverpiam venit *Jacobus Lainez* unus è primis *S. Ignatii* sociis & ejus in Generalatu Societatis Jesu successor. Venit autem huc occasione legationis Cardinalis *Hypoliti de Est*, cum quo anno præcedenti per Pium PP. IV. missus fuerat in Galliam, ubi & interfuerunt Colloquio Pisciacensi.

Concionem facit ibidem.

Indè itaque divertit in Belgium visurus fratres suos. Antverpiam autem veniens divertit ad *Philippum Almeras* Canonicum Antverpiensem, à quo benignè exceptus est. Insinuavit autem se in amicitiam mercatorum Hispanorum, quorum primarii eum frequenter invisebant. Hi, cum carerent concionatore suo, eum rogârunt, ut priusquam discederet ad se pro concione verba faceret, quod & fecit. Papeb. *Annal. Mss. ex Hist. domestica.* Concionem autem dixit hìc admissus ad hoc specialiter à *Maximiliano de Berges* Episcopo Cameracensi: prædecessor enim ejus *Robertus de Croy* iteratò Societatis hominibus totâ suâ diœcesi prædicatione divini verbi & sacrorum administratione prohibuerat, ut refertur in Actis S. Ignatii *Tom. VII. Julii pag.* 537. *n.* 671.

Notandum autem, quod addit Auctor *Primi Seculi flandricè Lib. VI. cap.* 2., quod nempè is sit primus, qui Antverpiæ in cathedra visus est *in habitu Societatis*; per quod videtur indicare,

care, primævum Societatis habitum fuisse distinctum ab habitu presbyterorum secularium illius ævi. Anno 1562.

Jesuitæ Capellani Nationis Hispanicæ

Cæterùm *P. Lainez* prædicando sic fecit satis, ut Natio hispanica nullum deinceps voluerit Ecclesiasten, qui Societatis Jesu non esset; frustraque contendens, ut apud se *Lainez* maneret (nam aliud in mandatis habebat) polliceri fecit, effecturum se, ut alius quispiam Societatis concionator mitteretur. Missus ergò mox est. *P. Peys*, qui tribus annis summâ cum laude & animarum fructu eis servivit. Atque hoc, inquit Papebrochius, est initium Societatis Jesu Antverpiæ.

Petrus Wesenbeek.

PETRUS WESENBEEK famosus Jurisconsultus, natus anno 1487. ex nobili apud Brabantos familia, primùm Lovanii dein Parisiis studiis se applicuit; & tandem Antverpiæ sedem fixit, ubi duxit divitem viduam *Barbaram Kiels*, & primò Secretarius dein Urbi Senator fuit. Extraordinariè zelosus erat pro bono publico & misericors ergà pauperes, obiitque 28. febr. 1562. stylo cameracensi, sepultus in D. Jacobi ante Sacellum Ven. Sacramenti. Refertur fuisse Pater sex filiarum & septem filiorum, ex quibus reliquit tres famosos; ANDREAM, qui cum studuisset Lovanii sub Mudeo, factus est Advocatus Bruxellis in suprema Brabantiæ Curia, ibidemque obiit; MATHÆUM, qui, cum deflexisset ad Lutheranismum, famosus fuit Professor Juris Jenæ, dein Wittenbergæ, & scriptis clarus; & PETRUM Professorem Juris Altorsi, quem tamen aliqui nepotem ejus scribunt.

Jacobus Wesenbeek Pensionarius Antv.

Erat hoc tempore quidam JACOBUS VAN WESENBEEK Pensionarius Civitatis Antverpiensis ab anno 1546. Nescitur autem an prædicti *Petri* fuerit filius aut de eadem familia (Anno 1534. senior Secretarius civitatis erat Jacobus

Anno 1562. Wesenbeek, an forte pater hujus, an idem ipse?) *Jacobus* hic erat hæreticus occultus, unde & plurimum malum causavit in hac Civitate; eò quòd externè haberetur vir probus ac catholicus, & Senatus in eum plurimum confideret, eumque ordinariè deputaret ad negotia sua agenda tum Bruxellis tum apud Regem. Detectâ autem anno 1567. post Iconoclastarum furorem perfidiâ debuit derelinquere officium, & decessit in Germaniam, ubi & obiit. De quo infrà.

Describit Statum Religionis. Edidit autem hic noster Pensionarius libellum, in quo describit statum Religionis ab anno 1500. & præcipuè eorum, quæ acciderunt annis 1565. & 1566. Edidit illum gallicè & flandricè anno 1569., de quibus infrà ad illum annum. Habeo translationem flandricam prelo excusam Middelburgi anno 1616. sub hoc titulo: *Bescryvinge van den staet ende voortgank der Religie, ende saecken daer over ontstaen, van den Jaere* 1500. *aff, ende principaelyck onder de regeringe van Coninck Philips de tweede in de jaren* 1565. *ende* 1566. *beschreven in't Fransois door Mr.* Jacob van Wesenbeek *Raet ende Pensionaris der Stadt van Antwerpen.* Auctor hujus translationis certè nescivit, libellum istum originaliter flandricè editum fuisse. Est autem translatio hæc multò inferioris notæ quàm originalis editio, & notas marginales textum illustrantes omisit. Interim quia originalis editio ad manum non erat, hâc plerumque usus sum.

Erat hæterodoxus. In Libello isto, quem planè hæretico modo & terminis odiosissimis & turbulentissimis conscripsit, fatetur se sectarium; sed videtur ipsum puduisse indicare cujus sectæ esset: dicit enim pag. 9. id ad propositum non facere; licet, inquit, occasione datâ me non pudeat profiteri meam fidem.

Vide-

Videtur libellum istum edidisse ad se justificandum, dum perfidia ejus detecta erat & depositus ab officio: ideoque conatur causam tumultuum, qui acciderunt annis 1565 & 1566., referre ad initium seculi; dicitque in *Præfat.* errare eos, qui causam illorum adscribunt personis aut rebus, quæ illis annis acciderunt; inter quas personas indubiè ipsemet unus & fortè præcipuus erat, cui turbæ imputabantur. Anno 1562. Scopus libelli ejus.

Rem itaque aggreditur & causam rejicit in sectariorum supplicia, quæ incipit enumerare à supplicio Augustinianorum Antverpiensium; in Edicta Imperatoris & Regis; in institutionem Inquisitionis; in erectionem Episcopatuum; verbo in omnia, quæ fiebant pro conservanda Religione catholica, seu potiùs quæ fiebant ad cohibendos conatus sectariorum. Omnia illa tyrannica facit & crudelia, omnia contrà libertates & privilegia patriæ. Conatur assignare causam tumultuum.

Certè Reges nostri prudenti consilio Edicta sua ediderunt. Et nulli Reges, nulli Rerumpublicarum Moderatores hodie mitiùs agerent, si forent in similibus circumstantiis. Belgium nostrum circumdatum erat Regnis, quæ tota turbata erant & seditionibus ac rebellionibus dissecta per sectarios. Ex regionibus illis sectarii confluebant in Belgium & populum continuò concitabant, unde seditiones & rebelliones meritò timebantur. Quid igitur mirum, quod Reges nostri contrà seditiosos tam rigorosa Edicta ederent? Clamabant omnia illa esse contrà libertates & Privilegia; sed numquam monstrârunt liberum umquam fuisse in Belgio exercere quamcumque Religionem: imo *Wesenbeek* noster met fatetur *pag.* 8. quod omnis secta admitti aut tolerari non debeat; sed non determinat, quales debeant admitti, quales Frustra rejicit in Edicta.

 repelli.

Anno 1562. repelli. Certè admitti non debent, quæ sunt turbulentæ: jam autem sectæ hoc tempore grassantes, ubique turbabant omnia; à turbis autem illis præservare Belgium intendebant Reges nostri, ut patet ex procemiis Edictorum. Si autem executio Edictorum non fuisset retardata aut partim impedita per occultè perversos, numquam Belgium tulisset seditiones & rebelliones, per quas deinceps tam miserè dilaceratum fuit. Et mirum, quod sectarii velint, aut fingant se velle, hìc tolerata fuisse ea, quorum nec umbram tolerari sciunt in regionibus, ubi dominantur.

In institutionem Inquisitionis. Quantùm ad Inquisitionem suprà *pag.* 118. vidimus, eam à Principe petitam fuisse præcipuè contrà Ecclesiasticos, qui populum pervertebant & concitabant; & *pag.* 128. clamorem crudelitatis, Inquisitioni affictum, non fuisse nisi popularem, concitatum per eos, qui sibi timebant & qui ex concitatione populi pejora meditabantur.

In erectionem Episcopatuum. Episcopales sedes multiplicatæ quidem sunt; sed plures Episcopi singuli in sua diœcesi, majorem auctoritatem habituri non erant, quàm anteà pauci in latè diffusis diœcesibus habuerant. Unde nulla essentialis in hac re mutatio. Verùm plures Episcopi singuli in parva diœcesi accuratiùs poterant invigilare gregi suæ: hoc timebant infecti, ideoque reclamabant.

In supplicia. Quantùm ad supplicio affectos *Wesenbeek* *pag.* 10. multos enumerat, & tandem concludit millenos alios necatos esse. Sic rem exaggerat Wesembeek, sic communiter omnes sectarii. Imo author Apologiæ pro sectariis editæ an. 1567. usque ad centum millia in Belgio necatos asserit. Omnes isti sine distinctione sectarum juxtà ipsos necati sunt propter Evangelium, nulli propter seditiones aut alia crimina. Pro

Pro quo notandum, Lutheranismum Antverpiæ post expulsionem Augustinianorum sic repressum fuisse, ut, si qui superfuerint aut accesserint, occulti manserint & caverint impingere in edicta Principis. Unde & ab eo tempore usque in hunc annum vix quidquam legimus de lutheranis aut eorum conatibus vel suppliciis in civitate Antverpiensi. Lutheranis autem jam inde ab anno 1525. in hac civitate successerant anabaptistæ, qui hic perseverârunt usque in hæc tempora, & anno 1535. seditionem excitantes Curiam invaserunt. Ex illis autem plurimi morte puniti sunt. Non mirum sanè, nam secta ipsorum seditiones docebat: unde & ubique & quandocumque detegebantur, morti adjudicabantur; talesque erant, ut anabaptistæ hodierni non dignentur eos annumerare inter suos. Et interim sectarii supplicia eorum annumerant inter supplicia Evangelicorum. Dein anno 1544. accessit hìc perniciosa secta Davidistarum, quorum doctrina contraria erat bono publico. Ex illis autem iterum plures capite damnati sunt. Sic hìc, sic & alibi in Belgio. Ut autem sectarii crudelitatem & tyrannidem forment, omnia horum supplicia accumulant, ultrà verum augent & inter evangelicorum supplicia annumerant: sicque procedunt, ut offuscantes oculos suorum religionem catholicam invisam reddant, & in speciem jùstificent seditiones & rebelliones patriarcharum suorum. Quantùm autem ad Calvinistas, illi demùm hoc tempore regiones has inundare cœperunt. Hinc patet, quod prædicta non fuerint causæ tumultuum, qui acciderunt annis 1565. & 1566., sed speciosi prætextus turbulentis, qui malignis suis interpretationibus omnia in mala vertebant & sic populum concitabant.

Anno 1562.

Anno 1562.

Cæterùm Pensionarius noster indubiè imbutus erat perniciosissimo *Flacci Illyrici* principio, qui non verebatur dicere, Principes cohibendos esse timore seditionum: nam, ut patet ex contextu libelli ejus, vix quidquam in legationibus suis prætulit quàm timorem illum. Et quis dubitet, quin perfidus ille, præferens & exaggerans illum timorem tum in Senatu, tum Bruxellis, tum apud Regem, occultè foverit aut excitaverit conatus sectariorum: & sic non parum contribuerit ad subsecutos dein tumultus, à quo probro in dicto libello videtur se velle justificare.

Continuó præfert timorem seditionum.

Interim non dubitandum, quin prælationes dicti timoris Senatum Antverpiensem moverint, ad deprecandam erectionem Episcopatûs in sua civitate: & ideo, cum hactenùs nec à Gubernatrice, nec à Rege desideratum obtinuisset, in dicta deprecatione perseverans decreverit mittere deputatos in Hispaniam ad Regem, qui ei tum oretenùs tum in scriptis exhiberent anxietatem suam & periculum, quibus premebantur ratione consternationis populi occasione erectionis Episcopatûs, unde timenda videbatur ruina Civitatis. Deputavit itaque Senatus tres, *D. Govardum Sterck* Ammannum, *D. Renerum de Ursele* & Mr. *Jacobum van Wesembeek* prædictum Pensionarium. Hi autem Deputati tenderunt in Hispaniam aliorum negotiorum prætextu, nè iter impediretur. Ita Wesembeek *pag.* 31.

Senatus mittit Deputatos ad Regem contrà erect. Episc.

Huic anno adscribit Scribanius fundationem Gerontocomii *septem Profusionum sanguinis* viâ de *Roy-straet*, sicut & Papebrochius *Annal. Mss.* ipsum sequens: de eo autem suprà ad annum 1468. actum est.

Gerontocomium 7. Profusionum.

Intereà

Intereà moritur PHILIPPUS NIGRI cognomento DE CAMPO nominatus per PHILIPPUM II. ad nuper erectum Episcopatum Antverpiensem. Natus erat in Morinis, J. U. Doctor, primùm in supremo Senatu belgico apud Mechlinienses, deinde in sanctiori apud Bruxellenses summâ laude, non tantum Caroli V. Regisque Philippi, verùm etiam Procerum populique versatus. Fuit & Mechliniæ in D. Rumoldi & Bruxellis in D. Gudilæ Decanus, Gandavi ad S. Pharaïldem & Harlebeci ad S. Salvatorem Præpositus, Aurei velleris Cancellarius, primusque Antverpiensium Episcopus nominatus: verùm ante inaugurationem obiit 4. januarii anno 1563. stylo hodierno, sepultus Bruxellis in D. Gudilæ, sub hoc epitaphio. Anno 1563.

Philippus Nigri nominatus Episc. Antv. moritur.

Candida de nigris *Isaiæ* 1.

Extinctum luget tum plebs, tum Curia Nigrum,
Consilium hæc ejus, altera sensit opem.
Si quid erat nigri, famâ ampliùs omne repostum est,
Hoc istoc tumulo, cætera candor habet.
Vive precor summi candore Philippe *beatus,*
Candida dum fiant, quæ modo nigra jacent.

Epitaphium ei positum.

Obiit anno MDLXII.
Stylo Brabantiæ IV. Januarii.

Scripta ejus.

Scripserat juvenis ab anno 1524. *Tractatum de exemptione canonica* post mortem Authoris editum.

Post obitum hujus per plures annos alius ad Episcopatum Antverpiensem nominatus non fuit, tum propter actitata per Deputatos Antverpienses apud Regem, tum propter subsecutos tumultus.

Anno 1563.

Gerontocomium Alaert via *Schutters-hof-straet* fundatur.

Piæ Domicellæ CATHARINA & DIGNA ALAERTS fundârunt hoc anno Gerontocomium pro octodecim pauperibus feminis, idque per testamentum, quo Eleëmosynarios civitatis hæredes scribunt, confectum 27. januarii 1562., id est Stylo hodierno 1563. Authenticum extractum illius testamenti refertur in registris Eleëmosynariorum, unde sequentia huc facientia desumpsi.

Ex Archivis Eleemosynariorum.

Item *dat daer-en-boven de voors.* Aelmoesseniers *in alsulke oude negen huyskens met den toebehoorten, als sy Testateuresse staende hebben neffens malcanderen in sekeren Gank ofte pletse in de* Schutters-hof-straete *alhier t' Antwerpen, daer nu ter tyt sekere schamele lieden in woonende sijn, t'eeuwigen dage selen moeten onderhouden* achtien arme Vroukens, *mits hen daer inne gevende hennen woonstat om Godts wille; ende daer toe elcke van de selve arme Vroukens twelf Carolus guldene, ten pryse als vore, elck jaers heur die te betaelene metten vierendeel jaers: ende daer-en-boven de voors. negen huyskens met heuren toebehoorten houdende altyt in goeden keusbaere gerecke ende reparatie, ende des noot wesende t'elken van nieuws optimmeren. Selen daer-en-boven de voors. Aelmosseniers gehouden wesen de voors. achtien arme Vroukens &c.*

Quo autem anno testamentum hoc effectum habuerit, seu quo anno obierit ultima testatricum supervivens, me latet. Interim domus illa usque in hodiernum diem subsistit.

Incolæ *op't Kiel* erigunt & petunt consecrari Capellam.

Suprà ad annum 1557. vidimus Incolas vici *het Kiel* in suburbio nostro, ob incommoditatem recurrendi in civitatem ad Parochiam S. Georgii & præcipuè ob pericula tempore noctis &c., petivisse à Nuntio apostolico erigi in

dicto

dicto Vico parochialem Ecclesiam, ab eoque obtinuisse mandatum ad Episcopum Cameracensem, quo eidem mandabatur, ut procuraret dictam erectionem, sic tamen, ut Incolæ Ecclesiam construerent, eamque & Curatos dotarent. Cum autem hæc conditio Incolis non placeret, cœperunt erigere Capellam ex fidelium eleëmosynis; quâ constructâ recurrunt ad Archi-episcopum Cameracensem, (qui Jurisdictionem hìc retinuit, donec Episcopus Antverpiensis admissus esset, id est usque ad annum 1570.) petuntque consecrationem illius, & renovant coram eo querelas, ante sex annos exhibitas Nuntio apostolico. Anno 1563.

Episcopus itaque precibus his motus concessit dictis incolis, ut dicta Capella consecraretur, & ad obviandum incommoditatibus & periculis prælatis concessit illis cemeterium, concessit & fontem Baptismalem tantùm pro nocturno & necessitatis tempore: ut patet ex Litteris desuper confectis ipso die consecrationis, quæ peracta est 26. januarii anno hoc 1563. stylo hodierno per MARTINUM CUYPERS Carmelitam Episc. Calcedonensem suffraganeum Cameracensem, & verosimiliter præsente Archiepiscopo, quia Litteræ ejus desuper confectæ notantur datæ ipso die consecrationis in dicta Capella. Litteræ illæ adservantur in Archivis Parochiæ *de Marckgraveley*, cui vicus *het Kiel* hodie subest. Inde autem illas subjungo. Obtinent & cemeterium & fontem baptismalem

„MAXIMILIANUS A BERGIS Dei & „apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus & Dux „Cameracensis, sacri imperii Princeps, Co„mes Cameracesii &c. universis & singulis sanc„tæ matris Ecclesiæ fidelibus, præsentibus & „futuris salutem in Domino sempiternam. Litteræ Episcopi desuper *Ex Archivis Parochiæ S. Laurentii.*

„Sanctorum meritis inclita cœlorum gaudia „Christi Fideles assequi minimè dubitamus, „qui

Anno 1563.

„ qui eorum patrocinia per condignæ devotio„ nis obsequia promerentur : ille namquè ve„ neratur in eis , quorum gloria ipse est , & „ retributio præmiorum. Diem itaque messionis „ extremæ oportet nos bonis operibus præve„ nire , & æternorum intuitu seminare in ter„ ris , quod reddente Domino cum multipli„ cato fructu recolligi velimus in Cœlis , fir„ mam fidem fiduciamque tenentes , quod „ qui parcè seminat , parcè & metet , & qui „ seminat in benedictionibus , de benedictionibus „ & metet vitam æternam.

„ Universitati itaque vestræ præsentium teno„ nore notum facimus atque certificamus , quod „ Rev. in Christo Pater & D. MARTINUS eâ„ dem gratiâ Episcopus Chalcedonensis , noster „ in pontificalibus Vicarius & Suffraganeus , „ die datæ præsentium ad humilem supplicatio„ nem , diligentemque instantiam dilectorum „ nobis in Christo inhabitatorum confinii seu „ loci , dicti vulgariter *op'tKiel* , siti extrà „ portam sed intrà limites Parochialis Ecclesiæ „ S. Georgii oppidi Antverpiensis nostræ Diœ„ cesios , de nostris licentiâ & permissu novam „ CAPELLAM , quam ipsi Supplicantes , qui in „ copioso numero existunt , piis Christi fide„ lium eleëmosynis ad hoc erogatis , sic satìs „ eleganter construi incœperunt & ad certam „ altitudinem perduxerunt , cum summo Altari „ ejusdem Capellæ , ad laudem & gloriam „ Omnipotentis Dei & beatissimæ virginis Ma„ riæ suæ genitricis , omniumque Sanctorum & „ Sanctarum & præcipuè in honore & sub „ vocabulis sanctorum *Catharinæ* , *Sebastiani* & „ *Antony* , eidem Rev. Patri specialiter nomi„ natorum , unà cum cæmeterio eidem Ca„ pellæ circumjacente , nec non fonte baptis„ mali , inibi de nostris consensu & authoritate

„ pro

„pro prolibus ipsorum inhabitatorum tempore Anno
„nocturno, aut aliàs necessitate id exigente, 1563.
„baptizandis posito, cum orationibus, lita-
„niis, unctionibus & benedictionibus, ac cæ-
„teris ceremoniis & solemnitatibus in talibus
„fieri solitis & consuetis, ritè benedixit & in
„Dei nomine dedicavit & consecravit.

„Et ut ipsi Christi fideles ad Capellam seu „Altare prætactum eò libentiùs causâ devotio„nis & orationis confluant; quo ex hoc cœ„lestis dono gratiæ uberiùs se conspexerint re„fectos, omnibus & singulis utriusque sexûs „Christi fidelibus, verè pœnitentibus, con„tritis & confessis, qui dictam Capellam seu „Altare in suorum Patronorum, nec non qua„tuor principalibus anni Festivitatibus humiliter „& devotè visitaverint, quibus & quoties id „fecerint, atque ad ipsius Capellæ & Altaris „reparationem, luminarium, ornamentorum, „& calicum manutentionem & fulcimentum „manus porrexerint adjutrices, de omnipoten„tis Dei misericordiâ ac beatorum Petri & Pau„li apostolorum ejus authoritate, gloriosissi„mæque virginis Mariæ, & omnium Sancto„rum & Sanctarum meritis & intercessionibus „confisi, quadraginta indulgentiarum dies (quas „etiam nos authoritate nostrâ pontificali & ordina„riâ approbamus, gratificamus & confirmamus per „præsentes) perpetuis futuris temporibus duratu„ras, de injunctis eis pœnitentiis, misericorditer „in Domino relaxandum duxit, & relaxavit. „Mandamus propereà Capellano seu Deservi„tori missarum in dicta Capella, omnibusque „& singulis Curatis nobis subditis, quatenùs ad „hoc requisiti indulgentias prætactas populo suo „respectivè publicent, & ad ejus notitiam de„ducant & deduci faciant. In cujus rei fidem „& testimonium sigillum nostrum præsentibus

„litteris

Anno 1563.

„ litteris duximus appendendum. Datum & actum in suprà dicta Capella anno Domini „ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo „ more scribendi gallicano, alterâ die Conver„ sionis S. Pauli vigesimâ sextâ mensis january." Id est stylo hodierno 1563.

An fuerit Parochia.

Ex his patet, dictam Capellam hoc tempore non fuisse erectam in parochialem Ecclesiam, quod tamen asserit Papebrochius *Act. SS. Tom. I. Junii pag.* 937. *n.* 18. Quod autem nec deinceps umquam fuerit Parochia, constat ex sententia lata in concilio Brabantiæ 30. martii anno 1690. super lite desuper pendente inter Incolas de *Kiel* & capitulum Antverpiense. Chronicum quoddam Ms. notat, primum, qui curam illam subsidiariam in dicta capella egit, indè pulsum fuisse propter hæresim.

Instituitur Processio & Confraternitas.

Cæterùm dicti Incolæ desiderantes anniversarium dedicationis hujus quotannis solemniter & cum publica Processione celebrare, & mensis januarius ad hæc oportunus non esset; recurrunt iterum ad Episcopum supplicantes, quatenùs diem anniversarium dictæ dedicationis authoritate Episcopali permitteret modo prædicto celebrari dominicâ post festum Divisionis apostolorum, id est post 15. julii, & in dicta capella erigi Confraternitatem sub titulo S. Sebastiani. Utrumque & quidem cum Indulgentiis obtinuerunt ab Episcopo, qui litteras suas desuper dedit hoc ipso anno 6. septembris, quæ cum suprà relatis asservantur in Archivis parochiæ de *Marckgraveley*, unde illas subjungo.

Litteræ Episcopi desuper

Ex Archivis Parochiæ S. Laurentii.

„ MAXIMILIANUS A BERGIS Dei & „ apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus & Dux „ Cameracensis, sacri Imperii Princeps, Co„ mes Cameracesii &c. Universis & singulis „ utrius-

„ utriusque sexûs Christi fidelibus præsentibus & futuris salutem in Domino. Anno 1563.

„ Exigit officii nostri debitum, ut illorum subditorum nostrorum votis libenter condescendamus, per quæ Ecclesias & Capellas nobis subjectas divini cultûs augmentum & decorem suscipere cognoscimus.

„ Sanè nuper exhibita pro parte dilectorum nobis in Christo inhabitatorum seu incolarum loci dicti *op'tKiel*, siti extrà portas, sed infrà limites ecclesiæ parochialis sancti Georgii oppidi Antverpiensis nostræ Diœcesis, petitio continebat, quod, cum ipsi pro devotionis affectu ac propter longam distantiam ejusdem loci à dictâ parochiali Ecclesia quamdam Capellam pro eorundem inhabitatorum commoditate, piis Christi fidelium eleëmosynis ad hoc erogatis construi inceptam & ad certam altitudinem deductam, per Rev. in Christo Patrem & Dominum Martinum eâdem gratiâ Episcopum Chalcedonensem, nostrum in Pontificalibus Vicarium & Suffraganeum, pridem de nostris licentiâ & permissu, in honorem Domini nostri Jesu Christi ac beatorum Catharinæ, Sebastiani & Antonii unà cum Altari inibi constructo ac Cæmeterio eidem Capellæ adjacenti, nec non fonte baptismali, de nostris consensu ac authoritate pro prolibus eorum supplicantium tempore nocturno aut aliàs necessitate occurrente baptizandis, in dictâ Capellâ posito consecrari fecerint, prout in aliis desuper confectis litteris latiùs constare dignoscitur

„ Cumque, uti ulteriùs dicta petitio subjungebat, ipsi inhabitatores pro uberiori divini cultûs augmento, diem Dedicationis in eâdem Capellâ cum processione aliisque solem-

„ nitatibus

Anno 1563. „ nitatibus & ceremoniis, in talibus adhiberi
„ consuetis, celebrandam Authoritate nostrâ
„ ordinariâ & pontificali institui & authorizari
„ summoperè affectant; idcircò nobis humili-
„ ter supplicari fecerunt, quatenùs hujusmodi
„ diem Dedicationis cum processione singulis
„ annis pro perpetuis futuris temporibus ipsâ
„ Dominicâ post festum divisionis Apostolorum,
„ ut præmittitur, celebrandam; nec non quam-
„ dam CONFRATERNITATEM de præfato sancto
„ SEBASTIANO in dicta Capella erigere & insti-
„ tuere, ac institutam observari mandare, ip-
„ samque Capellam indulgentiarum muneribus
„ decorare authoritate nostrâ prædictâ vellemus
„ & dignaremur.

„ Nos igitur eorum piis supplicationibus mo-
„ re pii Patris, tamquam justis & devotis, favo-
„ rabiliter inclinati, cupientes ipsos in eorum
„ tam pio, tamque laudabili proposito con-
„ fovere, Nobis placet & de gratiâ nostrâ
„ concedimus speciali, ut annis singulis loco &
„ die suprà dictis Dedicatio unà cum processio-
„ ne ac delatione imaginum aliisque solemni-
„ tatibus & ceremoniis prædictis (convocatis ad
„ illam clero, populo & parochianis locorum
„ circumvicinorum) fieri posset atque celebrari,
„ eidem Dedicationi modo præmisso celebrandæ
„ nostrum consensum præbemus & assensum,
„ ac ipsam unà cum processione authoritate
„ nostrâ ordinariâ & pontificali, nostri cum
„ interpositione decreti, modo præmisso insti-
„ tuimus & authorizamus præsentium per teno-
„ rem; atque eisdem quoque supplicantibus
„ concedimus & indulgemus, ut de dicto sanc-
„ to Sebastiano Confraternitatem præpetitam
„ sub certis modis & formis gratiosis, lici-
„ tis & honestis pro ipsarum discretione con-
„ cipiendis, in dicta Capella similiter insti-

„ tuere

„ mere & institutam observare possint & va- Anno
„ leant. 1563.

„ Et insuper cupientes, ut dicta Capella
„ congruis frequentetur honoribus, & à Christi
„ fidelibus jugiter veneretur, utque eò liben-
„ tiùs conveniant & confluant ad eandem, quo
„ ex hoc cœlestis dono gratiæ uberiùs conspexe-
„ rint se refectos; omnibus & singulis verè
„ pœnitentibus, confessis & contritis, qui
„ ipso die dedicationis hujusmodi processioni,
„ sic de caeterò celebrandæ, causâ devotionis,
„ peregrinationis aut voti interfuerint, seu
„ qui Capellam ipsam die hujusmodi visitave-
„ rint, aut ad ejus intertentionem manus por-
„ rexerint adjutrices, de omnipotentis Dei
„ misericordiâ ac gloriosæ virginis Mariæ,
„ Beatorumque Petri & Pauli apostolorum ejus,
„ omniumque Sanctorum & Sanctarum meritis
„ & intercessionibus confisi, quadraginta in-
„ dulgentiarum dies, quoties singulis annis in
„ die prædictâ præmissa aut aliquid præmisso-
„ rum Domino propitiante salubriter peregerint,
„ de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in
„ Domino relaxamus; jure tamen nostro, &
„ cujuslibet alterius in præmissis semper salvo:
„ mandantes propterea ven. Viro nobis in Christo
„ dilecto Decano nostro christianitatis Antver-
„ piensis, seu ipsius capellæ rectori aut
„ missarum deservitori, omnibusque aliis &
„ singulis Presbyteris, Verbi Dei Concionato-
„ ribus nobis subditis, quatenùs institutionem
„ hujusmodi processionis, dedicationis & con-
„ fraternitatis, nec non indulgentias prætactas
„ populo publicent, intiment & insinuent, ut
„ easdem ad animarum suarum salutem prome-
„ reri valeant. In quorum omnium & singulorum
„ fidem & testimonium præmissorum sigillum nos-
„ trum præsentibus litteris duximus appendendum.

 „ Datum

Anno 1563. „Datum & actum Bruxellæ dictæ nostræ „Diœceseos anno Domini millesimo quingente„simo sexagesimo-tertio, mensis septembris die „sextâ.

Capella supra dicta destruitur.

Capella, de qua agimus, diu non stetit; post paucos enim annos distructa refertur occasione erectionis novi Castri per Ducem Albanum. Reædificata autem demùm & iterùm benedicta fuit 23. novembris anno 1685. Incolæ verò dicti Vici manserunt sub Parochia S. Georgii in hac Civitate usque ad annum 1659., quò erecta est in suburbio Parochia S. Laurentii in *Markgraveley*, cui subjecta sunt omnia, quæ Parochia S. Georgii habebat extrà muros, nempè vici *het Kiel*, *Beirschot*, *Markgravelye*, *Harinckrode* &c.

Miserabilis mors Religiosæ in Facons.

Hoc anno die XXX. junii in monasterio Falcontino miserabiliter vitam finivit Nonnarum una, Soror *Anna Sardis*, quæ cum in comedia laïcali, ad professionem Sr. *Anna van Bockhout* Donatæ exhibitâ die XXV., extrema pronuntiaret verba, in ipso theatro subitò corruens, neque umquam ad sensus suos rediens, quinto post die extincta est. Ita conventûs istius Registrum, inquit Papeb. *Annal. Ms.*, volens posterarum memoriæ hoc exemplum notatum, ut discant, istiusmodi seculares lascivias Religiosis indecoras Deoque ingratas esse.

Deputati Antv. apud Regem.

Deputati Antverpienses, missi (*ut suprà pag.* 232.) ad Regem pro negotio Episcopatûs, cum in Hispaniam venissent, Regi oretenùs commissionem suam exhibuerunt & simul in scriptis obtulerunt; & post diuturnam prosecutionem responsum tulerunt conforme responso, quod anteà in Belgium transmissum fuerat & quod Gubernatrix

natrix ad similem requisitionem dederat. Responsum illud eis datum fuit primò in præsentia Regis, dein in scriptis. Anno 1563.

Ad hæc dicti Deputati Regi exhibuerunt, quod juxtà dicta plebeorum ex Bullis & scriptis Româ missis satis colligatur, Inquisitionem latere sub pallio novorum Episcoporum; quodque impossibile sit mercatoribus & civibus contrarium persuadere, à quo prosperitas aut ruina civitatis pendet. Hoc cum pluribus aliis rationibus eò servientibus proposuerunt, supplicantes, quatenùs sibi de consensu suæ Majestatis liceret illic morari, donec transmisso ad principales suos Regis responso, intelligerent, nùm haberetur medium, quo satisfieret voluntati Regis & civitas in suo pristino statu maneret. Hoc autem eis concessum est. Unde & statim omnia peracta Antverpiam transscripserunt.

Agunt contra admissionem Episcopi.

Antverpienses autem pleniorem instructionem miserunt, quam exequentes Commissarii Regi ad longum oretenùs enarrârunt inconvenientias, quæ indubiè ex introductione novi Episcopi orirentur. Prætulerunt etiam quædam media, per quæ intentioni & voluntati Regis fieret satis absque introductione prædictæ novitatis. Et finaliter pro ultimo medio & remedio proposuerunt, Regem pro tota Brabantia posse Lovanii ponere Episcopum, qui tamen Antverpiæ majorem auctoritatem seu jurisdictionem non haberet, quàm ibidem habuerant Episcopi Cameracenses. (Respiciunt hìc indubiè ad plenam exemptionem Capituli & Cleri ab eo dependentis, & ad visitationes Episcopi, quæ rarò fiebant propter distantiam Sedis; alioquin enim Episcopus Antverpiensis majorem Jurisdictionem habiturus non erat, quam habuerant ante Episcopi Cameracenses.) Omnia hæc etiam in scriptis Regi obtulerunt.

Proponunt instituendum Episcopum Lovanii pro tota Brabantia.

Anno 1563. Cum autem Deputati animadverterent Libellum suum iterum mittendum in belgium, supplicarunt Regi, quatenùs, si vellet desuper informationem, eam peteret ab Equitibus aurei velleris, à Statibus patriæ & à Concilio Statuum Brabantiæ aliarumque Provinciarum: sed qualitercumque rem prosequerentur, intrà quinque menses responsum obtinere non potuère.

Obtinent suspensionem Episcopatus Antverpiensis. Intereà Ammannus factus infirmus & à Rege certior factus, quod non intenderet Emporium Antverpiense subjicere Inquisitioni, de consensu ejus rediit Antverpiam. Reliquis duobus post longam prosecutionem tum oretenùs tum in scriptis datum est responsum satis conforme præcedentibus apostillis, quod statim Antverpiam transmiserunt: & Regi oretenùs supplicârunt, quatenùs introductio Episcopi differretur, donec personaliter videret consternationem & perplexitatem; aut saltem, si exposita non crederet, plenam informationem caperet per commissarios non suspectos aut partiales, antequam res eò duceretur, unde restitui non posset. Responsum eis est, quod Rex, antequam in hac re progrederetur, informationem caperet à Belgii Gubernatrice.

Non cessârunt tamen Deputati Antverpienses; & tandem post longam prosecutionem, cum sæpiùs admissi fuissent ad Regem & sæpiùs responsum tulissent, dimisit eos Rex mense augusti 1563. cum apostilla & latiori verbali promissione, quod sua Majestas ob bonas rationes rem hanc, id est introductionem Episcopi, quoad Antverpiam pro aliquo tempore suspenderet. Ita rem narrat Pensionarius noster *Jacob. van Wesembeek* unus ex dictis deputatis in supra dicto suo Libello *pag.* 31. & *seqq.* Wesembeek autem socium præveniens nuntium illud

illud Antverpiam tulit & divulgavit, quod, inquit, plurimùm placuit, indubiè infectis. Sed addit acerbo suo loquendi modo, quod Antverpienses ultrà vexati non sint super introductione novi Episcopi. Hinc patet, eum scripsisse ante annum 1570., quo novus Episcopus Antverpiæ fuit introductus, imo ante annum præcedentem, quo nominatus fuit *Sonnius*. Anno 1563.

Intereà dum hæc in Hispania agebantur per Deputatos Antverpienses pro tollendo erecto apud se Episcopatû, non cessârunt Abbates Brabantiæ, primum ejus Statum repræsentantes, agere ibidem pro tollenda unione seu incorporatione Abbatiarum; sed hactenùs nihil profecerant. Tandem interim medium invenerunt, Regique proposuerunt, quod eidem sic placuit, ut induxerit eum ad consentiendum in dimembrationem Abbatiarum ab Episcopatibus seu in dissolutionem unionis prædictæ, si nimirùm Pontifex in eam consentiret.

Abbates agunt pro tollenda unione Abbatiarum.

Pendebat adhuc lis inter Regem & Abbatias, super nominatione & electione ad Abbatias vacantes. Lis ista inchoata fuerat & de consensu CAROLI V. arbitris dijudicanda tradita anno 1519., ut suprà ad illum annum dictum est; sed hactenùs terminata non fuerat. Offerunt itaque Abbates Regi, quòd vacante Abbatia Rex quamprimùm committeret Commissarios, qui super idoneitate & qualitate Religiosorum inquirant, & informationem cum adviso suo mittant ad Regem, qui dein eum quem maximè invenerit idoneum desumet, habitâ ratione tam advisi ipsorum Commissariorum quàm vitæ, conversationis & idoneitatis electorum. Rex modum hunc nominandi Abbates acceptavit, sine præjudicio tamen litispendentiæ suprà memoratæ: ita ut nec per hoc lis

Modus eligendi Abbates.

Anno 1563. illa terminata fuerit. Interim modus ille eligendi Abbates observatur usque in hodiernum diem.

Promittunt dotare Episcopatus. Insuper Abbates obtulerunt dotare Episcopatus, quibus unitæ erant Abbatiæ, nempè Mechliniensem, Antverpiensem & Buscoducensem, & cuique assignare reditum annuum octo millium Florenorum: sic tamen, ut Rex promitteret pro se & successoribus, imposterùm non permittere similes uniones aut incorporationes, aut aliàs quocumque modo gravari Abbatias; & ageret apud Pontificem pro dissolvenda dicta unione in Curia Romana. Omnia hæc acceptavit Rex, & sub dictis conditionibus consensit in dissolutionem dictæ unionis.

1564. Consentit Rex in dimembrationem. Latiùs hæc patent ex Diplomate, quod Rex desuper dedit Madriti 30. julii anno 1564. quod integrum refertur in *Chor. Abb. Parcensis* apud Sanderum *Brab. illust. Tom. I. pag.* 250., undè illud contractum subjungo.

„PHILIPPUS Dei gratiâ Rex Hispaniarum... Dux.. Brabantiæ... Marchio sacri Imp... universis præsentium tenorem inspecturis salutem. Quoniam ex parte dilectorum nostrorum Abbatum & Prælatorum Ducatus Brabantiæ, qui primum ejus Statum repræsentant, supplicatum Nobis est... ut controversiæ super negotio incorporationis seu unionis quarumdam Abbatiarum... finis tandem aliquis imponi queat... Nos Rex... ad dictam supplicationem... ordinamus ac disponimus per has præsentes ad eum modum, qui sequitur.

Promittit agere desuper Romæ. „Primùm promittimus daturos Nos operam, „ut Sedis apostolicæ consensum obtineamus, „ut suprà dicta unio & incorporatio Abbatiarum, scilicèt loci *S. Bernardi* prope Antverpiam,

„beatæ

„ beatæ Mariæ virginis *Tongerloënsis*, & beato- Anno
„ rum Petri & Pauli *Affligemensis*, unà cum 1564.
„ assignatione & reservatione bonorum immo-
„ bilium beatæ Mariæ virginis *Villariensis* mo-
„ nasterii usque ad proventum annuum mille
„ Florenorum, nec non bonorum immobilium
„ monasterii *S. Michaëlis* Antverpiensis usque
„ ad annuum proventum mille consimilium
„ Florenorum, nuper auctoritate apostolicâ in
„ usum Archiepiscopatûs *Mechliniensis* & Epis-
„ copatûs *Buscoducensis* & *Antverpiensis*, res-
„ pectivè factæ revocentur & apud Curiæ
„ romanæ registra cassentur.

„ Promittentes insuper pro nobis & successo- Et non permittere similia imposterum.
„ ribus nostris Ducibus & Ducissis Brabantiæ,
„ quod deinceps nullo umquam tempore similes
„ nec aliæ incorporationes, uniones ac annex-
„ iones dictarum seu aliarum Abbatiarum Bra-
„ bantiæ sub primo Statu comprehensarum, ex
„ iisdem vel aliis causis ampliùs futuris tempo-
„ ribus per Nos non concedentur. Nec hujus-
„ modi Abbatiæ aliaque monasteria, sub præ-
„ dicto primo Statu comprehensa, certâ aliquâ
„ summâ pecuniariâ, pensione aut reditu an-
„ nuo, aut aliquâ aliâ diminutione fructuum
„ de cætero gravabuntur, nisi de consensu
„ Prælati benedicti & de consensu sui Conven-
„ tûs.

„ Sic tamen, ut vice versâ prædicti Prælati Dotatio Episcopatuum.
„ simul atque supradictis Abbatiis... de Præla-
„ tis... provisum erit, ritè & debitè hipothe-
„ cent & assignent redditum annuum octo mil-
„ lium florenorum... suprà dictorum trium
„ monasteriorum *Affligemensis*, *sancti Bernardi*
„ & *Tongerloënsis*..., applicandum ad usum
„ supradictorum Archiepiscopatûs & Episcopa-
„ tûs....

Anno 1564.

Modus nominandi Abbates.

„ Si quando aliquam earum aut aliarum vacare contigerit, mittemus quamprimùm, sine præjudicio tamen litispendentiæ suprà commemoratæ, aliquos Commissarios, qui super idoneitate & qualitate Religiosorum ejusdem monasterii diligenter inquirant, ac informationem suam in scriptis nobis cum suo advisio remittant, ut deindè eum, quem maximè inveniemus idoneum .... desumamus, habitâ ratione tam advisi eorum Commissariorum, quàm vitæ, conversationis & idoneitatis electorum, idque ex depositione eligentium; ex quibus constabit, quis ex electis in spiritualibus & temporalibus sit magis idoneus. Et deputabimus pro dictis Commissariis duos ex Abbatibus Brabantiæ ... unà cum aliquo alio tertio commissario ...

„ In quorum omnium fidem & testimonium præsentes Litteras manu nostrâ propriâ signatas expediri volumus, nostrique sigilli appensione muniri. Datum in oppido nostro Madrito trigesimo die mensis julii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Regnorum autem nostrorum Hispaniarum nimirùm ac Siciliæ nono, Neapolis undecimo."

Dissolutio Abbatiarum effectum non habuit.

Regius hic consensus in dissolutionem unionis effectum non habuit, ex eo quod obtineri non potuerit consensus Pontificis. Et quidem quantùm ad Abbatiam Affligemiensem, unio illius cum Archiepiscopatu Mechliniensi perseverat usque in hodiernum diem. Quantùm ad Abbatiam Tongerloensem, consensit in dissolutionem unionis illius ab Episcopatu Buscoducensi SIXTUS PP. V. anno 1585; verùm non nisi anno 1592. ad effectum ducta est. Abbatia autem S. Bernardi demùm separata fuit ab Episcopa-

Episcopatu Antverpiensi anno 1649. cum Anno
INNOCENTIUS PP. X. in separationem consensisset 1564.
anno 1645.

Post obtentum autem hoc regium diploma, Abbas S. Ber-
Thomas Thiels (qui, ut suprà *pag.* 224. vidimus, nardi inaugu-
refertur jam à duobus annis electus fuisse Abbas ratur.
S. Bernardi; cum tamen verosimiliùs videatur, eum hoc demùm tempore electum fuisse) inauguratus est Abbas dicti monasterii; cum non dubitaretur, quin consensum Regis sequeretur consensus Pontificis, & brevi obtineretur ab eo confirmatio, quæ tamen obtenta non fuit. Interim refertur, eum in qualitate Abbatis frequentâsse Comitia Statuum Brabantiæ.

Senatus continuò invigilans in delinquentes Tumultus ob
contrà Edicta Regis, deprehenderat quemdam supplicium
apostatam Carmelitam *Christophorum Fabricium*, Fabricii Car-
qui, ductâ uxore apud Britannos, aliquos Ant- melitæ.
verpiæ seduxerat. Hic convictus condemnatus est & igni traditus in foro ante novam Curiam 4. octobris hujus anni 1564. Strada *de Bel. Belg.* *L. IV. mihi pag.* 157. & *Antwerpsch. Chron.* *pag.* 61. Uterque dicit factum tumultum in populo jactosque lapides. Posterior refert, Schultetum & officiarios fugisse. Prior hæc refert: „Lictor provisu periculi si cunctaretur, simul nè sontem plebi relinqueret prompto celeriter ferro semiustulatum occupat confecitque, „inde saltu militibus immistus præsenti exitio „se subduxit." Additque elusos, qui tumultum inceperant, tunc quidem destitisse. Posterior dicit, eodem die citatos fuisse, qui lapides jecerant; non comparentes sub pœna capitis civitate interdictos, & præmium centum florenorum promissum eis, qui quemquam indicassent. Tandem unum ex illis walonem quemdam

Anno 1564. dam abſciſſo capite pœnam tuliſſe 19. decembris, qui foris rotæ ſit impoſitus circumappenſis lapidibus. Prior dicit, tumultuantes poſterâ die reincepiſſe, aliquoſque ex illis mulierem nactos, quæ Fabricium prima indicâſſe ferebatur, infenſos circumſtetiſſe & ſuper contumelias ſaxa ingeſſiſſe, eamque, ni fugiſſet, necatam fuiſſe; eodemque die affixum fuiſſe in foro carmen ſanguine conſcriptum in hanc ſententiam: *Eſſe Antverpiæ, qui Fabricii necem ſeſe ulturos conjuraverint.* Regem hanc rem, forte exaggeratam, reſciviſſe, Sororemque Gubernatricem peracriter admonuiſſe, nè ea flagitia diu carêre pœnâ pateretur. Sed illa, inquit, uno ex iis, qui lapides jactaverant, ſuſpenſo, terrore potiùs quàm ſuppliciis civitatem in præſentia compoſuerat.

domus het Vrouwkens-huys. transfertur. Jam à duodecim annis, ut ſuprà vidimus, fundari cœperat domus Adoleſcentularum *het Maeghden-huys* juxtà cœnobium Tertiariarum. Quia autem domus hæc ampla ſatis non erat pro multitudine adoleſcentularum, veroſimiliter ei incorporatus fuit fundus perantiquæ fundationis domûs dictæ *het Vrouwkens-huys* ibidem ſitæ: nam hæc hoc anno inde tranſlata eſt ad locum è regióne ſitum, ad angulum nempè plateæ *de Boog-keers*, ubi lapis ſuprà portam notam hujus anni olim prætulit.

In quem finem fundata Origo fundationis hujus domûs neſcitur: cui tamen fini à fundatoribus fuerit deſtinata, indicat ſculptura in candido lapide ſuprà portam hujus novæ domûs hoc anno expoſita, cujus iconiſmum & ſubſcriptionem conſervavit Papeb. *Annal. Mss.* Repræſentat autem Matronam ad portam domûs receptantem adventantes peregrinas cum hac ſubſcriptione.

De

De oude fundatie van daer-over is hier vermeerdert ende gestelt Anno 1564.
Voor Vrouwkens, *di binnen comen sonder gelt,*
En te eerlijk zyn in't Gasthuys te gaen slapen
Zal men hier ter weke een bedde maken.

Fundata fuit itaque domus hæc ad hospitandas peregrinas, quæ aversabantur divertere ad hospitale S. Juliani, in quo hospitabantur viri. Hinc domum hanc suprà *tom. III. pag.* 233. vidimus nominatam *Hospitale S. Juliani ad portam S. Georgii* : dein tamen communiùs dicta est *het Vrouwkens-huys*. Quamdiu autem post hæc huic fini servierit, non liquet. Tempore Scribanii, id est circà finem hujus seculi XVI., serviebat mulieribus variis & ferè moribus non optimis, quæ illis parietibus tamquam honestâ detinebantur custodiâ. Papebrochius verò dicit, se in juventute, id est circà medium seculi subsequentis, inibi alias non vidisse, quàm femellas ætate ac mente debiles cum nutricibus infantium expositit iorum & adhuc lactis egentium: idque credit duravisse, donec Eleëmosynariis placuit utrique necessitati aliter prospicere & vacuas ædes aliis elocare, successu prorsùs inquilinis malè fortunato : nam primus ludimagister, secundus & tertius caupones tabernarii inopiâ decesserunt, & sub quarto exercente opificium cremandi vini anno 1705. 10. octobris tota domus conflagravit. Et hæc, inquit, vicini omnes verterunt in omen indignationis divinæ, hoc tempore quo de aliis nonnullis fundationibus potioribus extinguendis consilia agitari dicebantur.

Quàm diu subsistiterit.

Pater

Anno 1564. Pater *Peys* Societatis Jesu, qui jam duobus annis concionator fuerat Nationis Hispanicæ, Antverpiâ evocatus discessit, eique in dicto munère successit *P. Dionisius Vasquez* Lusitanus ejusdem societatis, illudque obivit per annum. Eo autem tempore accesserunt socii *Robertus Claissonius*, quem P. Porthaise in præfat. ad suum *Parasceve* &c. laudat à scriptis & prædicationibus contrà hæreticos, *Joannes Astensis*, qui anteà hic fuerat Pastor ad D. Jacobi, & fortè alii.

..s Jesuiti ..cedunt.

..ontur ex ..acobi. Hi exercitia sua ad populi ædificationem facere solebant in Ecclesia D. Jacobi. Pastor illius Ecclesiæ multùm illis addictus erat: verùm cum se Lovanium contulisset, experturus ibi per unum mensem eorum exercitia spiritualia, adeò mutatus rediit contrà Patres, ut eos de sua Ecclesia statim ejecerit. Ipse tamen Pastor haud diu post ad pristinum Societatis amorem tam seriò rediit, ut moriens hæredem instituerit domum seu Collegium Lovaniense. Sed interim Patres coacti sunt aliam ecclesiam quærere. Papebrochius, qui in *Annal Mss.* hæc refert ex historia domestica, non indicat ad quam Ecclesiam se post hæc contulerint, aut quam domum inhabitarent.

..igitur pro ..inendo ..llegio. Notat tamen, quod tempore *P. Vasquez* actum sit de Collegio instituendo. Convenerat, inquit, inter Canonicorum capitulum & Nationem Hispanicam, ut illi fundum largirentur, in quo Natio domum ministeriis Societatis institueret: sed interjiciebantur conditiones ipsius Instituto non per omnia convenientes, sicque negotium suspensum fuit. Si hoc verum sit, grata magis fuit Capitulo Societas, quam reliqui Religiosorum Ordines; nullos enim Religiosos vidimus ingressos, quibus Capitulum obtulerit fundum, nisi solos S. Norbertum & socios.

socios. Fieri autem potest, quod aliqui particulares Canonici, ut D. *Almaras* & alii, fundum obtulerint; qui, cum Patres conditiones à Capitulo præscriptas acceptare nollent, retractaverint oblationem, & sic res suspensa manserit. Anno 1564.

Anno 1565. *P. Vasquez* in Italiam abiit relicto pro se ad conciones hispanicas *P. Roberto Claissonio*. Hic, dum Collegii ordiendi commodum operitur tempus in conducto cœpit habitare cum sociis paulatim auctis ad quatuordecim, electo loco, quem spes erat aliquando posse in Collegium converti, sociis Vicerectore dato *P. à Costa*, quem invalescentibus paulatim hæreticis contigit ignominiosè deturbari ex cathedra. Ita *Papeb.* 1565.

Habitant i conducta d mo.

Hoc anno *Hermannus van den Hoecke* piüs mercator complet fundationem Gerontocomii (de quo suprà pag. 174.) pro sex viris senio confectis, eisque extruit sex novas demunculas in fundo gerontocomii *Gerardi Baerts*, siti viâ *de Vingerlinck-straet* propè Capellam Nautarum; eundem fundum recompensans de consensu Magistratûs; Eleëmosynariorum & Magistrorum mensæ S. Spiritûs in S. Walburgis. Contractus scabinalis desuper cum Eleëmosynariis & Magistris mensæ S. Spiritûs initus est 9. novembris hujus anni 1565. Copia illius authentica adservatur in registris Eleëmosynariorum, eamque vidi. Cæterùm duo ista Gerontocomia dein combinata sunt, & in eo hactenùs aluntur septem decrepiti.

Gerontoc mium *Her van den Ho ke* fundatu

Concilium Tridentinum, quod pluries interruptum pluriesque resumptum per octodecim annos duraverat, terminatum fuerat 4. decembris anni 1563. & à PIO PP. IV. approbatum 26. Janu-

Concili Tridentin qualiter blicandu

Anno 1565.

26. januarii anno 1564. Insuper idem Pontifex alteram Constitutionem ediderat, quâ declaraverat, ubique terrarum cœpisse obligare Concilium à kal. may anni 1564., etsi singulari per provincias promulgatione non esset insinuatum. Interim hactenùs in Belgio publicatum non erat: quia facienda ejus publicatio turbabat plurimos notanter heterodoxos; illis enim non placebat, quod in eo firmaretur jurisdictio Curiæ ecclesiasticæ, Episcoporum & Inquisitorum: ideoque populo, quem antea contrà illos excitaverant, iterum timorem persecutionum ingerebant, dicebantque plura in eo esse statuta adversùs Regis jura, Provinciarumque privilegia.

Judicium Epil. Cam.

Gubernatrix itaque, cum hæc audiret, exquisivit pastorum animarum & excellentium per Academias virorum super Concilii publicatione judicium. Scripsit desuper ad Archiepiscopum Cameracensem, qui 23. julii 1564. respondit, celebrationem Synodi provincialis super Concilii receptione, & publicationem decretorum per singulas Parochias esse quidem modos ordinarios, sed magnis difficultatibus forè implicitos; nisi Rex declaret, se recipere decreta dicti Concilii, & se velle, ut observentur ab omnibus suis subditis.

Concilii Brabantiæ

Exploravit etiam Gubernatrix judicium Conciliorum Regiorum cujusque Provinciæ. Ad Brabantiæ Concilium scripsit desuper 8. junii 1564., quod judicium suum in scriptis tradidit eodem anno 7. septembris. In eo autem censebant, plura decreta dicti Concilii præjudicium afferre jurisdictioni Regis ejusque honori & auctoritati, ac privilegiis &c. vasallorum: pluraque Capita id generis notârunt & Gubernatrici exhibuerunt, quæ in publicatione & executione Concilii excipienda censebant.

Scrip-

Scriptum illud, refertur in Libello *Jus Belgarum. pag.* 49. Anno 1565.

Retulit hæc Gubernatrix ad Regem, cui consilium de excipiendis quibusdam Capitibus minimè placuit, ideoque Gubernatrici respondit: *Sibi non placere in Concilio populis preponendo quidquam excipi... nam quod de Regio ac Provinciali jure dicebatur, consideratum abundè fuisse, cum de Concilio eodem publicando quæsitum fuit in Hispania, in qua illæ planè difficultates existebant: quarum sicuti nulla tunc ratio habita est, sed Concilium sine ulla exceptione propositum, adhibita tamen perlevi moderatione in ejus usu, ita velle in Belgio idem factitari; eoque mitti Hispanicæ promulgationis exemplum; ut parentes imperio suo populi ad unam ubique normam pariter exigantur.* Refert hæc Strada *Bel. Belg. L. IV.*

Rex vult publicari sine exceptione.

Mandat itaque Rex Gubernatrici, ut curet in Belgio publicari Concilium sine ulla exceptione, sub quibusdam tamen generalibus reservationibus in iis, quæ concernunt jura Regis & provinciarum &c. Gubernatrix mandato huic parens Litteras desuper misit ad Episcopos Belgii, quibus ex parte Regis injungit, ut dictum Concilium sic publicent & publicari faciant in omnibus ecclesiis & locis, ubi expedierit; ac observari ab omnibus curent, promittens eis omne auxilium ex parte Conciliorum & Magistratuum, ut latiùs patet ex his ejus Litteris desuper datis Bruxellis 11. julii hujus anni 1565., quas ex Copia Ms. subjungo.

Sed cum generali reservatione.

MARGUERITE par la grace de Dieu Duchesse de Parme & de Plaisance *Regente & gouvernante.*

Gubernatricis Litteræ desuper ad Episcopos.

Reverend Pere en Dieu, trescher & bien aimé, comme apres tant grandes & longues pour-

Anno 1565.

poursuytes, paines, travaulx, & de plus en quoy, comme scavez, s'est cy devant mis feu de tres heureuse memoire l'Empereur *monsr. (à cui Dieu face misericorde) aveque aultres* Princes & Potentatz *de la chretienneté pour obtenir la celebration d'un S. Concille generale; il ayt plut à Dieu notre Createur, que ycelluy soit n'a gaires esté non seulement celebré & acheué en la vile de* Trente, *mais aussy depuis confirmé par notre* Pare le Pape; *aiant sa sainteté escript au Roy monsr., affin que sa Majesté voulsist tenir la main à ce, que en tous ses Royaulmes, pays & provinces ycelluy Concille fust gardé, accompli & mis en execution, comm'il convient pour le bien, repoz & tranquilité de l'Eglise & de la Republique chretienne, & mesmes pour la conservation de notre S. Foy & Religion Catholique, tant par extirpation des sectes & heresies à present regnans par toute la chretienneté, que aussy par reformation des meurs, abus & autres maulx, dont journellement procedent plusieurs scandales.*

A cette cause veuillant sa ditte Majesté comme Prince tout catholique (en suivant les vestiges de feue sa Majesté Imp., & autres ses bons predecesseurs) s'employer de tout son pouvoir, (comme jusques ares toujours a fait) à la deffence, entretenement & observance de notre S. Foy catholique, aussi bien par extirpation des mauvaises & damnables sectes & heresies, que par reformations des meurs, abus & scandales, comme procedans l'ung de l'autre.

Nous *vous avons par charge expresse d'icelle bien volu escripre la presente, pour vous requerir & de par sa Majesté enjoinger bien expressement, de incontinent publier & faire publier*

le

le dit S. Concille de Trente *en & par toutes les* Anno
Eglises, districts, lieux & endroitz, où be- 1565.
soing sera, de votre diocese pour autant, que touche les pays de par de ça, & icelluy faire garder, accomplir & executer avesque le soin, zele & diligence, comme une chose tant importante pour le service de Dieu & bien de l'Eglise le requiert. En quoy vous sera de la parte de sa ditte Majesté donné & vous ferons donner toute faveur & assistance; ayant au nom d'icelle ordonné aux Consaulx provintiaulx, Officiers & ceulx des villes principalles de l'extendu de votre diocese esdits pays de par de ça, afin que toutes & quanteffois, quils en seront par vous requis, ils y tiennent aussy la main, comm' il appertiendra, par toutes voyes deues & raisonnables; devers lesquels vous & vos suppostz ecclesiastiques pourres ordinairement avoir le secours.

Et en cas de difficulté ils ont charge de Nous en advertir, comme aussy pourres faire de votre costé, pour y estre incontinant pourveu de remede convenable.

Et pour riens obmetre de la diligence en ce requise, l'on encharge aux dittes Consaulx d'avoir en ce l'œil & regard non seullement sur les seculiers, mais aussij si les gens d'Eglise font chaq'un en son endroit leur office selon les Canons & decrets du dit S. Concille: en quoy les dittes ecclesiastiques se doubvent monstrer, principalement ceulx qui ont les charges principales, comme guydes & conducteurs des aultres; pour, s'il y à faulte de leur costè, le remede y soit mis, soit en advertissant par les dittes Consaulx le supperieur Ecclesiastique, ou s'il n'y à point de superieur es pays de par de ça, ou encores s'il y fust & ne fit le debvoir, de par sa Majesté y remedier tant en son endroit,

Anno 1565. *que aultrement par voye de droit, comm'il appertiendra.*

Reservationes *Et pour ce, que entre les Articles du dit S. Concille il en y a aussy aucuns concernans les Regales, droiz, haulteurs & preeminances de sa ditte Majesté, ses vassaulx, estatz & subjets, les quels pour le bien & repos des pays, & pour non reculer & retarder le faict de la s. Religion, & eviter tout debat, contradiction & opposition, né conviendroit changer ou immuer; sa ditte Majesté entend, que en ce regard l'on se conduise, comme jusques ores à esté faict, sans (comme dit est) riens y changer ou immuer, & especialement en l'endroit de la jurisdiction laycale jusques à ores usitée, ensemble du droit du Patronaige lay avec l'indult & droit de nomination, & cognoissence de cause en matiere possessoire de benefices; aussi des dismes possedée & pretendues des gens seculiers, joinct la superintendence & administration, jusques à ores usité par loix, Magistrats & aultres gens lays sur hospitaulx & aultres fundations pieuses.*

A tous les quels drotz & aultres semblables, que par cy apres vous seront, si besoing est, touchez plus particulierement, sa ditte Majesté n'entend estre derogué par le dit s. Concille, ny que l'on doibve changer aulcune chose; non point en intention de contrevenir au dit Concille, mais pour tant mieulx l'effectuer & le metre à execution selon la qualité & nature d'ung chacun pays & province, à la quelle l'execution doit estre accommodée.

A tant reverend Pere en Dieu trescheir & bien aimé notre Seigneur vous ait en garde. Escript à Bruxelles le xi. jour de Jullet 1565.

Harum

Harum Litterarum copiam misit Gubernatrix ad Magistratus civitatum, cum Litteris, quibus eis mandat; ut Archiepiscopis & Episcopis auxilio sint; non tantùm in publicando dicto Concilio; sed etiam in curando observari tùm ab Ecclesiasticis, tùm à Laicis. Litteras ejus desuper ad Antverpienses subjungo. In illis autem iterum fit mentio dictarum reservationum.

Anno 1565.

Litteræ ejus desuper ad Senatum Antv.

A NOZ treschiers & bien aimez les Marcgrave, Bourgemestres, Eschevins & Conceil de la Ville d'Anvers.

MARGUERITE par la grace de Dieu Duchesse de Parme & de Plaisance *Regente & gouvernante.*

Treschiers & bien aimé, ayant pleu au Roy *monsr. pour la conservation de notre s. Foy catholique, bien & repoz de la republicque chrestienne, nous escripre, que le s.* Concille generale, *dernièrement celebré en la Cite* de Trente, *soit par moyen des Archevesques & Evesques de par de ça publié & deuement & estroitement observé en ces pays, dont avons advertie les dittes Archevesques, Evesques & aultres, ou il a semblé convenir, selon que pourres veoir par la Copie de noz lettres cy joinctes. Et pour ce, que* (en) *les dittes lettres il y a certains poincts & articles, que vous touchent; & desirans en ce promovoir la bonne & ste intention de sa Majesté, Nous vous avons bien voulu escripre la presente, pour vous requerir & de la part de sa ditte Majesté ordonner, que pour effectuer le dit S. Concille vous ayez à donner au dittes Archevesques, Evesques & aultres gens d'Eglise toute ayde & assistence par toutes les voyes deues & raisonnables toutes & quantes fois, que requiz en serez:*

Anno 1565. *Et comm' il pourroit advenir (que toutes fois l'on n'espère) que les dittes gens d'eglise nè faissent leur debvoir quant à l'entretenement des droitz & Canons du dit Concille; & mesmes quant aux escolles, provisions de bon Curés & reformations des ecclesiastiques, en celebrant annuellement leurs Synodès & faisans leurs visitations & aultrement, comme par les Canons du dit Concille est ordonné, sans l'observance de quels points n'est possible d'extirper les mauvaises sectes & heresies, quelque debvoir que aultrement l'on y face.*

Nous vous ordonnons aussy d'avoir l'œil sur les gens d'eglise, s'ils font leur debvoir; & si non, en advertirez ceulx du Conseil provincial ou la Court, pour y metre le remede. Vous veuillant neantmoins aussy bien advertir, que comme entre les articles du dit Concille il en y à aulcuns concernans les Regales, droitz, haulteurs & preëminances de sa ditte Majesté, ses vassaulx, estats & subjects, les quelles pour le bien & repoz des pays & pour non reculer & retarder le fait de notre s. Religion, & eviter tout debat, contradictions & opposition, nè conveindroit changer ou immouër; sa ditte Majesté entend, que en ce regard l'on se conduyse, comme jusques ores à esté fait, sans (comme dict est) riens y changer ou immouër. Et especialement en l'endroit de la jurisdiction laycale jusquès ores usitée, ensemble du droit de Patronaige lay, avec l'indult & droit de nomination & cognoissence de cause en matiere possessoire de benefices, aussi des dismes possedées ou pretendues des gens seculiers, y joinct la superintendence & administration jusques ores usitée par loix, magistratz & aultres gens lays sur hospitaulx & autres fundations pieuses. A tous lesquels droits & aultres semblables, que par cy apres vous seron, si besoing est, touchez plus particulierement, sa ditte Majesté n'entend estre derogué par le dit s. Concille, ny que l'on doubve changer aulcune chose, non point en intention de contrevenir au dit Concille, mais pour tant mieulx l'effectuer & le metre à deue

execu-

execution selon la qualité & nature d'ung chaqun pays & province, à la quelle l'execution doibt estre accommodée. Anno 1565.

Et si vous avez quelque chose particuliere concernant les dits droitz & requirant ulterieur remede, nous en avertires pour y pourveoir comm'il appartiendra.

A tant treschiers & bien aimes notre Seigneur vous ayt en garde. Escript à Bruxelles le XXIIII. *jour de Juillet* 1565.

Publicatur Concilium Tridentinum

Quis dubitat, quin ad tàm clarum mandatum Concilium Tridentinum sic sit publicatum cum dictis reservationibus. Audet tamen *Wesembeek pag.* 34. asserere, quod in multis locis in publicatione adjunctæ non sint, aut saltem non sic, inquit, intellectæ, ut auferrent à plebe omnem suspicionem & timorem. Verùm plebs continuò à perversis incitabatur contrà quæcumque fierent pro conservanda catholica fide.

In Synodo Cameracensi

Maximilianus de Bergis Archiepiscopus Cameracensis, qui hactenùs erat noster Episcopus, simul ac regium hoc mandatum recepisset, convocavit synodum provincialem, quæ celebrata fuit initio mensis augusti hujus anni 1565. Interfuerunt Episcopi Tornacensis, Atrebatensis, Audomarensis & Namurcensis. In hac synodo post plura salutaria Decreta (prælo edita Antverpiæ anno sequenti apud G. Silvium) Concilium Tridentinum publicatum & acceptatum est; in quem finem facta erat formula, quæ per omnes assistentes subscripta fuit. Fleury *Hist. eccl. ad hunc an.* Inter assistentes per procuratores etiam fuerunt *Thomas Thielt* Abbas S. Bernardi & Abbas S. Michaëlis. Mirum quod in hac Synodo nullus comparuerit ex parte Capituli Antverpiensis, saltem nullus ex parte illius reperitur inter subsignatos: fortè propter omnimodam exemptionem ab Episcopo. Interim Antverpiæ.

Anno 1565.

quod Antverpiæ hoc tempore publicatum sit, notat Miræus Epil. in Oratione habita anno 1610. in Synodo Diœcesana.

Nulla exceptio facta in particulari.

Quantùm autem ad id, quod Gubernatrix in relatis Litteris promittit, quod quoad generales reservationes, deinceps, si opus foret, fieret ulterior designatio capitulorum Concilii in particulari, non scitur id umquam factum fuisse. Auctor Libelli, cui titulus *Jus Belgarum &c.* capitula quidem in particulari assignat, verùm illa non sunt excepta per Principem, sed tantùm desumpsit ea ex consultationibus Conciliorum provincialium.

Imagines violatæ Antverpiæ.

Non est autem dubitandum, quin dicta Concilii publicatio turbaverit & exacerbaverit sectariorum animos, notanter calvinistarum; qui maximè invehebantur contrà sacrarum Imaginum cultum, qui in dicto Concilio confirmabatur. Hinc legimus, Antverpiæ hoc anno 28. augusti violatas fuisse Imagines crucifixi stantes ad Bursam anglicanam & campum Falconinum. Inquisitio facta est in sacrilegos & citati sunt ad judicium, sed frustrà. Papeb. *Annal. Mss.* ex registris civitatis.

Sectarii petunt Libertatem Religionum.

Indubiè occasione ejusdem publicationis cœperunt etiam sectarii manifestare, quid in animo habuissent, dum omnia, quæ tùm à Pontifice tùm à Rege agebantur pro conservanda in Belgio catholica fide, clamabant esse contrà privilegia & libertates Patriæ; per quem clamorem tam multos populares seduxerant. Manifestaverunt, inquam, se intelligere libertatem exercendi publicè quamcumque religionem; & eam vocabant libertatem conscientiarum; jam autem numquam monstrârunt, libertatem illam in Belgio umquam viguisse: Principes enim nostri Religionem catholicam in Ditionibus suis semper conservaverant, & ad insurgentes hæreses repri-

reprimendas brachium suum mutuaverant. Petebant itaque hoc tempore libertatem istam, saltem in aliquibus civitatibus, inter quas indubiè primaria erat Antverpia. Anno 1565

Delata fuit res hæc ad Regem, & ex parte aliquarum Belgii civitatum ei oblati desuper sunt libelli supplices. Rex autem ob eam causam coëgit præcipuos Theologos, ab eisque petivit, quid de concedenda dicta libertate ipsi sentirent. Cum autem plerique perspecto harum provinciarum statu, affirmarent avertendo graviore malo, quod utique timeretur ex civitatum defectione jacturâque obedientiæ ergà Principem, ergà orthodoxam Ecclesiam, posse Majestatem ejus absque Dei offensa in libero rerum sacrarum cultu populis indulgere. Reposuit Rex, se eos non convocasse, ut docerent, an permittere id posset; sed an sibi necessariò permittendum præscriberent. Cumque illi necessitatem nullam videri assererent, Rex pia vestigia prædecessorum suorum Principum Belgii premere volens, in eorem conspectu humi positus ante Christi Domini simulacrum, *Ego verò*, inquit, *divinam Majestatem tuam oro, quæsoque Rex omnium Deus, hanc ut mihi mentem perpetuam velis, ut illorum, qui Te Dominum respuerint, usquam esse me aut dici dominum acquiescam.* Strada *Bel. Belg. L. IV. pag.* mihi 167. Rex rem ponit Theologis.

Sic Rex constitutus decrevit Religionem catholicam in belgio illibatam servare, & non tolerare in eo exercitium ullius sectæ: ideoque voluit Edicta religionem concernentia adæquatè observari; quo super mentem suam aperuit Gubernatrici Belgii, eique tria præcipuè puncta observanda & exequenda præscripsit. Decretum Regis pro conservanda fide.

Primò, adscribens augmentum mali connivientiæ in exequendis Edictis, vult ut omnia Quoad edi

R 4 Edicta

Anno 1565. Edicta, tùm à se tùm à Patre edita in causa Religionis, exactè observentur.

Quoad Inquisitionem. Secundò mandat, ut Inquisitoribus fidei omne auxilium præstetur, volens, ut Inquisitio exerceatur eo modo, sicut hactenùs observata fuerat (id est, ut suprà ad an. 1550. vidimus, juxtà restrictiones ipsi præscriptas per CAROLUM V.) & in locis, ubi hactenùs in usu fuerat. Hinc excludebatur Antverpia, ubi hactenùs de consensu Regis in usu non fuerat.

Quoad con. Trid. Tertiò, cum Concilium Tridentinum jam publicatum esset, & nihil restaret, quàm curarentur observari ejus decreta, quod ad Episcopos spectat, mandat, ut illis omne auxilium præstetur in executione dictorum decretorum, notanter in illis, quæ concernunt reformationem vitæ & morum ecclesiasticorum.

Gubernatrix Belgii, huic mandato parens, voluntatem Regis indicavit Conciliis provincialibus, cum mandato illam exequendi & notificandi omnibus Officiariis & Magistratibus principalium regionum & civitatum. Diploma ejus desuper datum 18. decembris anno hoc 1565. ad Concilium Brabantiæ refertur in Libello *Jac. Wesembeek* Pensionarii nostri pag. 41. translatum certè ex gallico, unde illud subjungo.

Diploma Gubernatricis desuper ad Con. Brab. *AEN ONSE seer lieve ende wel beminde die* Cancelier *ende* Luyden *van den Rade des Conincx in Brabant.*

MARGRITE by der gratien Godts Hertoghinne van Parma ende Placentien &c. Regente ende Gouvernante. Lieve ende wel beminde.

Hoe wel van der eerster uren af, dat de Coninck *myn Heere begonst te regeren dese Neder-*

Nederlanden van herwaerts-over, soo wel by het vernieuwen ende publiceren der Placcaten ende Ordonnantien van wylen alderloffelickster gedachtenisse Keyser KAERLE myn Heere (die Godt in sijn glorie hebben moet) op't feyt der Religien geratificeert, ghelaudeert ende gheconfirmeert by sijne Coninclijcke Majestyt, als by 't gene dat se u luyden naderhandt overghescbreven heeft; oock als syne Conincklijcke Majesteyt lestlijck van hier na Spangien voer, ghylieden altyts hebt connen speuren den rechtsinnighen yver ende het deuchdelick herte van syne Majestyt tot conservatie van ons out oprecht Gheloove ende catholicke Religie ende tot uytroyinghe van allen Secten ende Ketteryen in de voorschreven Landen van herwaerts-over. Anno 1565.

Zoo is't niet te min, nademael het synder Majesteyt *belieft heeft, Ons om seker oorsaeken syn alderheylichste voornemen by syn laeste Brieven te ververssche̅n, dat Wy, by sonderlinghen last der selver u luyden hebben willen voordragen het selfde, datse ons gescbreven heeft: het welc is in effecte, dat syne Conincklijcke Majesteyt geen dinck ter werelt meer begeerende, dan de voorschreven Religie te conserveren ende syne getrouwe Ondersaten van herwaerts-over te houden in goeden peys ende vrede, in ruste ende eenicheyt; oock die te presserveren voor alsulcke inconvenienten ende onraet, als men gesien heeft in veel deelen der Christenheyt door't veranderen der voorschreven Religie; wilt ende verstaet, dat beyde de voorschreven* Placcaten *ende* Ordonnantien *van wylen* Keyserlycke Majesteyt *ende syne* Coninocklycke Majesteyt *onderhouden ende geheelyck geobserveert werden: ghelijck oock de meeninghe van syne Konincklijcke Majesteyt is, ernstelijck te doen onderhouden ende opserveren 't gene by 't heylich* Concilie van Trenten *ende oock hier ende daer te lande by de vergaderde Geestelijcke Staten aengaende de* reformatie der Gheestelijckheyt *gheordonneert ende gesloten is sonder ergens inne te contravenieren, ten eynde straffende de Ketteryen, de zeden oock gecorrigeert worden*

Voorts

Anno 1565. *ghesproten, alsoo toegenomen ende soo verre uytghebreyt is, ghecomen te zyn door de onachtsaemheyt, slappicheyt ende dissimulatien der Richteren.*

Ende inghevalle daer eenighe sijn, diese niet en derren oft willen ter executie stellen, vreesende voor eenighen oploop, dat men sijne Coninclijcke Majesteyt daer van advertere, op dat de selve daer in voorsie met cloecker mannen ende die met meerder hert ende yver tot sulcke executie gesient zyn: waer van in de voorschreven Landen gheen ghebreck oft foute wesen can, daer soo vele catholijcken zyn, die Godt ende sijne Coninckliјcke Majesteyt begheeren te dienen: Ende dat sulcx doende ende de voorseyde Placcaten executerende te verhopen is, dat men lichtelijcker ende eer alle qualen, die daer zyn, sal connen remedieren en keeren; als door eenich ander middel.

Quoad Inquisitionem. Ten tweeden *aengaende de* Inquisiteuren des geloofs *belast sijne Majesteyt haere Hooghheyt de handt daer aen te houden, dat de selve Inquisiteurs nae behooren voorgestaen worden in't uytvoeren van't ghene, dat hen bevolen is totten welvaert ende onderhoudinghe der Religien: alsoo de meeninghe van sijne Majesteyt is, dat die voorschreven Inquisitie door de voorseyde Inquisiteuren ghevoordert werde, ghelijck dat tot noch toe gheschiet is, ende van gheestelijcke ende wereldtlijcke Rechten weghen behoort: het welcke niet nieus en is, nademael sulcx altydt ghedaen gheweest is by wylen Keyserlijcke ende noch zyner Coninckiijcke Majesteyts tyden; want andersins die inconvenienten, diemen vreest, veel schynlicker, naerder ende grooter zyn souden, alsmen door de voorschreven Inquisiteuren daer inne niet en versaghe ende hem in't volbrenghen van haer ampt bystonde. Ende alsoo*

haere

haere Hoochheyt wel mereken can, hoe veel daer aen ghelegghen is, soo beveelt haer syne Majesteyt, al watse vermach hier inne te doen, het ghene datter soo nootsakelijck is; ende dat sy geensins en consentere, dat men der eenighe andere saken voorneme oft handele, wel wetende hare Hoochheyt, hoe seer dattet selve zyne Coninckliycke Majesteyt ter herten gaet, oock wat vreucht ende verghenoeghen sulcx voor de selve wesen sal. Anno 1565.

Ten derden *nademael het heylich* Concilie van Trenten *alreets ghepubliceert was, ende daer toe niet anders en resteerde te doen, dan't ghene d'executie aengaet, welcke de Bisschoppen competeert ende concerneert, soo beveelt sijne Coninckliycke Majesteyt haere Hoochheyt, datse hun alle moghelijcke addres ende assistentie sal doen hebben, op dat sulcx zyn effect cryghe ghelijck als 't behoort. Oock datmen ter executie sal stellen, 't ghene 't voorschreven Concilie gheordineert ende besloten heeft aengaende d'leven ende de seden der Gheestelijckheyt te reformeren: belastende zyne Coninckliycke Majesteyt alsoo wel haere Hoochheyt als syner Majesteyts Officieren ende dienaren daer toe alle gunst, ernste ende hulpe te brenghen, die van doen sal wesen. Ende inghevalle de sake vereyschte, datter van zyner Majesteyts weghen eenighe provisien mosten ghegheven ofte gheordonneert worden, als dan sal die terstont de selve laten expedieren, bysonder soo verre die Gheestelijcke persoonen de voorseyde Reformatie by de Bisschoppen, achtervolgende de Ordonnantie van't voorschreven Concilie van Trenten, t'ordonneren niet en willen obedieren.* Quoad Concilium Tridentinum.

Eyndelick ende tot eender conclusie, dat, 't ghene de Coninclijke Majesteyt hare Hoochheyt schriftelick ontbiet als boven, het selfde is, dat van noode is tot de welvaert van der Religie ende den Lande van herrewaerts over, welcke sonder de selve niet met allen weerdich zyn en souden: ende dat dit den middel is, om die byder gherechticheyt in peys ende vrede te houden. Nademael dan haer Hoochheyt siende is, wat daer aenghelegghen is, soo begeert syn Conclusio.

Conick-

Anno 1565. *Conincklijcke Majesteyt op een nieu, datse sulcken wech ende middel volghe, dat het gene, dat voorsz. is, mach volbracht worden: ende dat sulcx wesen sal het ghene, daer inne sijne Majesteyt de meeste vreucht ende ghenoeghen scheppen sal, soo wel van hare Hoochheyt als van den Heeren, die sy by haer heeft; den welcken haer Hoochheyt 't selve behoort te bevelen en belasten, op dat sy hen daer inne emploeyeren, ghelijck als syne Coninckliicke Majesteyt een goet betrouwen heeft, datse niet faelgeren en sullen: wetende dat het syne Majesteyt seer aenghenaem wesen sal, daer neven sy oock hun devoir doen sullen van sulcke personagien als sy zyn, ende ghelijck sy zyn ghehouden ten dienste van God ende syne Majesteyt ende ter ghemeener welvaert van den Lande van herwaerts-over ende van haer selven in't particulier.*

Turbata desuper Antverpia. Solus rumor hujus Decreti, antequam transmissum esset ad civitates, perculit animos plurimorum, notanter Antverpiensium, inter quos infecti, considerantes se frustratos spe obtinendi libertatem religionum, clamabant Regem non tantùm velle rigorosam observantiam Edictorum & Concilii Tridentini, sed & ubicumque introductionem Inquisitionis; unde, inquit *Wesembeek*, in populo major turbatio quàm fuerat hactenùs. Plures mercatores & cives recurrebant ad Senatores requirentes rei veritatem. Cumque illi, ut verum erat, affirmarent, se nil desuper recepisse aut intellexisse, suspicati sunt rem occultari, cum aliunde desuper certiores facti essent; & inde timor augebatur, licèt alii inde colligerent, Emporium Antverpiense liberum fore juxtà factam illi promissionem sæpiùs iteratam.

His

His turbis continuò crescentibus, die 23. decembris in hac civitate tribus aut quatuor locis de nocte affixum est scriptum, continens sub nomine civium querelam & monitionem Senatui adversùs Inquisitionem, quæ, ut præferebant, audiebatur brevi introducenda in totalem civitatis ruinam: dicentes, quod eo facto violentiam inferrent, & prævaricarentur privilegia & Regis promissa civitati tùm in Belgio tùm in Hispania facta: supplicantes Senatui, quatenùs id advertat & Regem juxtà privilegia patriæ citet coram tribunali Imperii, & ibidem similem violentiam curet tolli & annihilari; cum Civitas Antverpiensis sit de quinto Circulo sacri Imperii & in oneribus ejusdem contribuat, unde conveniat frui privilegiis Imperii; allegantes eum in finem privilegia & tractatus eò servientes. Protestantes, quod si ex introductione Inquisitionis quædam turbæ orirentur, id rebellio reputari non posset; cum pluribus aliis in eundem finem. Anno 1565. Minæ desuper in scriptu affixæ.

Magistratus, cum unam ex dictis schedis obtinuisset, statim unum de corpore deputavit Bruxellas, qui Gubernatrici & Concilio Statûs exhiberet copiam illius & suam desuper anxietatem, quod is posterâ die fecit. Responsum autem tulit, quod, qui similes rumores spargunt, malè faciant & mereantur puniri; eò quod nec Rex nec Gubernatrix Antverpiam intendant introducere Inquisitionem; quodque ideò sine dilatione adhibenda sit omnis diligentia, ut author dicti scripti detegatur & puniatur; eumque in finem fiat publicatio & præmium constituatur dictum authorem detegenti. Antverpia libera declaratur ab Inquisitione.

Eodem die in dicto Concilio decreta fuit introductio Episcoporum in Civitates illas, in quibus hactenùs admissi non fuerant: quo super missæ Manet suspensus ejus Episcopatus.

Anno 1565. missæ sunt Litteræ ad particulares Provinciarum Gubernatores, ut curarent recipi Episcopos sine turbis. Excepta tamem fuit civitas Antverpiensis propter promissionem Regis desuper factam in Hispania Deputatis ejusdem. Interim non scimus aliquem hactenùs post obitum *Philippi Nigri* fuisse nominatum ad Episcopatum Antverpiensem.

Divulgantur hæc Antverpiæ.

Senatus Antverpiensis cum hæc rescisceet per Litteras deputatorum suorum, convocavit Vicomagistros & latum Concilium, ut turbatos civium animos pacificarent, indicans eis, Gubernatricem in vigilia Nativitatis Domini declarâsse, nec Regem nec se intendere quid novi introducere quoad Episcopos, Inquisitionem aut aliàs. Commendavitque eis, ut hæc divulgarent inter plebeos & sic conarentur nocivum illum timorem & anxietatem è mentibus civium tollere. Quod & fecerunt. Insuper 25. decembris facta est publicatio ex parte Gubernatricis adversùs authorem præmemorati scripti, qui tamen detectus non est.

Senatus inquirit in sectariorum conventicula.

Declaratio hæc per Senatum facta non omnem timorem abstulit, eò quod undique audiretur Inquisitionem urgeri, & quod Senatus Antverpiensis eodem hoc tempore in circumvicinia civitatis inquisivisset in sectarios tenentes secreta conventicula, quod videbatur species & initium Inquisitionis. Narrat hæc Jac. Wesembeek *pag.* 45. & *seqq.* Quantùm autem ad invigilantiam Senatûs in tenentes & frequentantes secreta sectariorum Conventicula, nihil novi erat; continuò enim inquisitionem in eos antehac fecerat, fueratque hactenùs in hoc puncto fidelissimus Edictorum observator.

Interim

Interim Concilium Brabantiæ volens exequi suprà relatum Gubernatricis mandatum, destinavit Litteras desuper ad præcipuas civitates cum copia Litterarum Gubernatricis & punctorum suprà relatorum. Litteræ ad Senatum Antverpiensem datæ erant ultimâ decembris anni 1565., verùm Antverpiæ demùm receptæ 9. januarii anno 1566. Illas refert Wesembeek *pag.* 44., undè eas subjungo.

Anno 1566.

9. Janu.

Conc. Brab. mittit Decretum Regis ad Antverpienses

AEN ONSE seer lieve Heeren ende goede Vrienden de Marck-graef, Borghemeesteren, Schepenen ende Raet der Stat van Antwerpen.

Litteræ ejus desuper.

Zeer lieve ende goede Vrienden, wy seynden u hier inne Copie van de Beslotene Brieven des Coninckx, by de Hertoghinne van Parma ende Placentie, Regente ende Gouvernante van den Landen van herwaerts-over, uytghetrocken ende aen ons ghesonden: u lieden t'samen ende elck een van u in't besondere, soo veel het hem aengaet ende in sijn vermoghen is, van weghen den Coninck onsen Heere wtdruckelick bevelende ende gebiedende, ende oock van onsen t'weghen versoeckende, dat ghy u sult hebben te reguleren ende voeghen naer het inhoudt der selver Brieven, ende na den goeden wille en duydelijck bevel van den Coninc onsen Heere, in de voorschreven brieven ende extract uytghedruckt. En blyft hier inne niet in gebreke: want sulcx is den goeden wille van zyne Majesteyt.

Seer lieve Heeren ende goede Vrienden Godt sy met u lieden. Gheghevem tot Brussel den lesten dach van December in't jaer 1565. Onderteekent

H. D. Facuwes.

Summâ cum admiratione Senatus Antverpiensis recepit has Litteras cum adjunctis suprà relatis punctis regiæ voluntatis. Habuerat quidem interpretationem puncti concernentis Inqui-

Senatus Antv ægrè recipit hoc mandatū

Anno 1566. 9. Janu. sitionem & introductionem novi Episcopi : sed mirabatur, quòd argueretur de negligentia in exequendis Edictis contrà sectarios editis; cum hactenùs illa exactissimè observâsset. Et maximè mirabatur, mandatum illud sibi missum esse à Concilio Brabantiæ; cùm Brabantini ex privilegio mandata non reciperent, nisi à Regè aut Gubernatore totius Belgii.

Sese cum cæteris civitatibus eidem opponit. Inquirit itaque, nùm aliæ Metropoles Brabantiæ similes Litteras recepissent. Cumque omnes recepissent, simul conspirârunt, & tamquam representantes tertium Statuum membrum concluserunt per deputatos suos sese opponere Concilio Brabantiæ, & requirere ut dictum mandatum revocet, nè cogantur aliàs sibi providere recurrendo ad alia Statuum membra. Insuper ab hoc accidenti transierunt ad rem ipsam, & inducti certè à quibusdam perversis, indubiè etiam à Pensionario nostro occulto hactenùs sectariorum fautore, qui ad similia ordinariè deputabatur, statuerunt etiam sese opponere dictis tribus punctis de Inquisitione, Concilio Tridentino & executione Edictorum, remonstrando quod sint contrà privilegia patriæ, & quod inde timendæ sint seditiones in populo, jam inde desuper plurimùm commotò. Addit *Wesembeek* eos id decrevisse cum consilio duorum primorum membrorum Statuum, aut saltem, inquit, aliquorum ex illis; aliquorum indubiè, qui parti sectariorum favebant.

Responsum Concilii Brab. Deputati itaque civitatum juxtà dictam conclusionem comparuerunt in Concilio Brabantiæ & prædicta exhibuerunt. Concilium justificabat se per mandatum, quod desuper habuerat à Rege & Gubernatrice. Quoad Inquisitionem dicebat, intelligendum non esse de alia quàm quæ hactenùs in singulis civitatibus admissa & observata fuerat. Et quoad concilium Tridentinum,

tinum, id intelligendum esse juxtà restrictiones in publicatione adjunctas, per quæ privilegia non lædebantur. Postera die Deputati iterùm in Concilio comparentes plura his reposuerunt; & tandem Concilium requisivit, ut Deputati sua in scriptis exhiberent; quod acceptârunt faciendum intrà paucos dies.

Anno 1566.

9. Janu.

Interim Ammannus Antverpiensis, qui nuper cum duobus aliis deputatus fuerat ad Regem, ad Aulam Regis scripsit Præsidi, nùm voluntas Regis esset, apud Antverpienses introducere Inquisitionem, contrà declarationem sibi ab eo factam & tunc à se in populo divulgatam. Inde autem responsum tulit, esse malevolos & hæreticos, qui similia divulgant & Regis Litteras sic interpretantur; cum Regis intentio adhuc sit, nullam novitatem aut Inquisitionem introducere, nisi prout hactenùs inibi in usu fuerat. Wesembeek *pag.* 51. Similes autem declarationes parùm movebant eos, qui hæc & alia ubique in Belgio abolita volebant.

Antverpia iterum liberum ab Inquisitione declaratur à Rege.

Intereà dum hæc agebantur, malevoli, qui omnem occasionem captabant, non cessabant concitare populum, divulgantes Inquisitionem introducendam, eamque quàm ante rigorosiorem fore mentientes: hinc injuriosa & seditiosa in multis locis scripta edebantur & valvis affigebantur, per quæ declamabantur & Inquisitio & fautores ejusdem. Inter alia unum Antverpiæ, continens, quod Senatui ultrà fides adhiberi non deberet; cum populo circà Natalitia imposuisset, nec Regem nec Gubernatricem intendere introducere Episcopum aut Inquisitionem; & jam mandatum obtinuisset utrumque admittendi; cum terribilibus minis, nisi se pro debito illis opponat. Sic per mendacia populus seducebatur. Sic & Bruxellis portis civitatis

Scripta seditiosa divulgata.

Anno 1566. affixum est scriptum, continens exhortationem ad defendendas libertates patriæ, cujus exemplar Antverpiæ & alibi affixum repertum est
9. Janu. portis Curiarum. Sic populus per malevolos incitabatur. Imò audacia eò usque pervenit, ut unum simile scriptum Gubernatrici eunti ad missam in manus traditum sit. Wesembeek *pag.* 47.

22. Janu. Interim Deputati civitatum querelas suas in scriptis redegerunt, & libellum supplicem desuper obtulerunt in Concilio Brabantiæ 22. januarii. Libellum illum ad longum refert Wesembeek *pag.* 66. & *seqq.* Responsum autem seu apostillam demùm obtinuerunt post duos menses, non obstante quod continuò urgerent.

Civitates offerunt libellum supplicem contra tria puncta.

Intereà etiam alii scripta obtulerunt in favorem Inquisitionis, demonstrantes Pontifices semper generales Inquisitores constituisse in Belgio, qui de licentiâ Principis in singulis Provinciis subdelegatos habebant, & notanter etiam in Brabantia; Inquisitoribus illis sæpiùs per Principem præscriptas fuisse instructiones pro singulis Provinciis &c. Per quæ demonstrabatur, Inquisitionem non malè fundatam, nec nocivam Belgio.

Scripta pro Inquisitione.

Tandem 24. martii congregata sunt Concilium Statûs, secretum Concilium & Concilium Brabantiæ, simulque confecerunt responsum seu apostillam ad Libellum supplicem civitatum in hunc modum, prout refert Wesembeek *pag.* 71.

Responsum ad libellum civitatum.

24. Martii 'T HOF *ghesien ende ghevisiteert hebbende de Supplicatie mette stucken daer inne gheroert ende daer op rypelick gedeliberecrt hebbende, ende van alles raport ghedaen aen de Hertoghinne van Parma ende Playsanse &c. Regente, verclaert op die dry puncten hier inne begrepen, 't gene ende alsoo hier naer volcht.*

Apostilla.

Eerst

Eerst aengaende het onderhout van de Placcaten ende Ordonnantien rurende de heresie, dat de intentie van sijnder Magesteyt ende van de voorschreven Regente niet en is gheweest, ende oock noch niet en is, die Supplianten ofte yemanden van hen te belasten of noteren van eenighe sorgheloosheyt oft negligentie roerende de onderhoudinghe van de voorschreven Placcaten: maer alsoo sijne Majesteyt ende hare Hoochheyt voor de behoudinghe ende onderhoudinghe van't catholijcke Gheloove soo sorchvuldich zyn, ende dat sommighe Officiers ende Rechters hen soo neerstich niet bewesen hebben, als sy wel hadden moghen doen, hebben sy eene generale vermaninge (nochtans sonder belastinghe van ymanden) wel willen doen ende laten uytgaen, gelijck eertyts by tyden des Keysers Karels *hoochloflijcker ghedachtenisse ende by tyden sijnder tegenwoordiger* Majesteyt *wel dickwils gheschiet ende ghedaen is gheweest. Ende moghen de Supplianten wel vryelijcken dat vertrouwen hebben van de voorschreven* Hertoginne *Regente, dat heure Hoochheyt den Officieren ende Wethouderen (heur devoir, in't ghene vooschreven is, doende) wel liberalijck aen sijne* Majesteyt *sal recommanderen.* Anno 1566. 24. Marti Quoad edict

Ende soo vele beroert d'Inquisitie, *aenghesien dat men niet en bevindt, dat sedert den jaere* 1550. *eenige executie van der voorschreven Inquisitie in Brabant is gheweest, t'Hof verclaert achtervolghende 't gene dat heur Hoocheyt den selven Hove heeft gheaffirmeert, dat de meeninghe van sijnder Majesteyt niet en is gheweest (ghelijck de selve aen haer Hoocheyt geschreven heeft) eenighe nieuwicheyt inne te brenghen, maer dat die Rechten, Previlegien, Costumen, hercomen ende usantien 't staets van Brabant onverbrekelijck onderhouden ende geobserveert werden.* Quoad Inquisitionem. Declar non introducenda.

Anno 1566. 24. Martii *Ende dat dien achtervolghende die Suppliantem niet en sullen metter voorschreven Inquisitie belast noch beswaert worden : heur luyden recommanderende ende belastende die neerstighe onderhoudinghe der Placcaten ende Ordonnancien van sijne Majesteyt , achtervolghende haere presentatie in desen gheruert.*

Mandatur observatio Edictorum.

Quoad Concilium Tridentinum.

Verclaxende voorts aengaende 't punct des Conciliums van Trenten , *dat die meeninghe sijnder Majesteyt niet en is , dat het selve Concilium anderfins sal gheobserveert worden , dan sonder prejuditie van de gherechticheden , hoocheden ende preminentie der selver sijner Majesteyt ende oock van sijnen Vassalen , Steden ende Ondersaten , ghelijck aen desen Hove in't breet toegheschreven is ; van welck schryven den Supplianten , op heur versoeck , Copye onghewyghert sal zyn.*

Quoad Commissarios in Conciliis statuendos in causa Religionis.

Ende belanghende de Commissarisen *in desen geroert , dat de meeninghe sijnder Majesteyt niet anders en is , dan ghelijck het principael remedie teghen de secten ende ketteryen ende tot onderhoudinghe der catholijcker Religie ghelegen is in de goede scholen der kinderen , goede Predicanten des volckx ende in der reformatien der seden ende manieren van de Geestelijcheyt (waer inne by den voorscheven Concilie versien is) dat een yghelijck ende in sonderheyt die Provinciale Raden ende Magistraten van de goede Steden die handt neerstelijc daer aen willen houden ; houdende ende hebbende die selve Magistraten (tot dien eynde) goede correspondentie metten Rade provintiael , ende die selve Raden metten secreten Rade , om wesende by der handt van hare Hoochheyt aen de selve daer af raport te mogben doen , sonder datter mede ghemeynt wort , dat dit Hof of die Steden van Brabant den voorschreven secreten Rade onderworpen*

sullen

sullen zyn ; maer alleenlijck ten eynde, dat sy ghelijckelijck de handt aen't ghene, dat voorschreven is, houden, of dat dit Hof, in dien het hem goet dunct, hem stracx sal moghen addresseren aen de voorschreven Hertoginne. Ann 1566 24. Ma

Ghedaen in den Rade van Brabant den 24. dach van den Meerte anno 1565. voor Paesschen, (id est stylo hodierno 1566.) *gheteeckent by den Grephier P. de Langhe.*

Deputati civitatum, videntes hanc declarationem quoad exemptionem ab Inquisitione & restrictionem Concilii Tridentini, primò gavisi sunt, copiasque dictæ apostillæ miserunt ad Magistratus civitatum, quibus populus Antverpiæ & alibi tantisper contentus & pacificatus fuit. Verùm Deputati rem profundiùs perpendentes, plura in dicta declaratione repererunt plurimùm displicentia ; quòd nempè plura verba contineret, quæ deinceps effugium possent præbere ; quod observanda decernerentur Edicta, quæ executioni mandare odiosum erat ; maximè autem quod adjecta essent verba : *achtervolgende haere presentatie in desen geroert* : cum talis præsentatio in libello supplici adjecta non fuisset, sed tantùm conquesti fuissent de imputatione negligentiæ in observandis Edictis : undè reputantes sibi per illa verba injuriam illatam, & sese expositos odio populi, quasi promissionem illam fecissent, alium libellum offerre statuerunt, quo peterent ulteriorem declarationem tam quoad liberationem ab Inquisitione quàm quoad abolitionem Commissariorum, & maximè ut ex apostilla raderentur prædicta verba, tamquam inconvenienter & contrà veritatem posita. Sed quidquid agerent nihil obtinuerunt, & res in eo statu mansit succedentibus gravioribus negotiis, confœderatione nempè & conjuratione Nobilium. Querelæ super.

Anno 1566. 25. Martii

Antverpienses suspectide conspiratione cum foederatis.

Suspicio ferebat civitates aliquas partem habere in dicta confoederatione: unde posterâ die 25. martii vocatis ad se deputatis Antverpiensibus Gubernatrix dixit, jam indè Antverpiæ peregrinos aliquos ex fœderatis hospitari in quadam taberna; se scire velle rei veritatem & qualiter provideatur securitati civitatis; cum sibi nuntiatum esset, plures mercatores & cives occultum commercium habere cum fœderatis. Dicti Deputati responderunt, diu noctuque Antverpiæ invigilari, portas custodiri, naves visitari, hospites debere ad se divertentes deferre & alia similia observari, seque nihil de dictis peregrinis audivisse, verumtamen se desuper scripturos. Ad quæ Gubernatrix eos monuit, ut debitè curam gerant, cum ab eo dependeant eorum honor, bona & vita. Wesembeek *pag.* 74.

Seditiosi libelli contra apostillam.

Paulò post Antverpiæ, Bruxellis & alibi vulgata & affixa sunt injuriosa & seditiosa scripta, quibus populo persuadebatur, falsò sibi imponi, Inquisitionem abolitam esse, cum Edicta observanda maneant; modum ablatum manente Inquisitione; nomen non rem mutatam; loco Inquisitorum ecclesiasticorum substitutos seculares, qui non nisi Inquisitioni in materia Religionis vacarent. Et in aliquibus scriptis nominatim agebatur contrà *Viglium*, *Hopperum* & alios; populusque incitabatur, ut contrà similia sese opponeret, caveretque seduci per speciosa promissa. Inter alia Antverpiæ unum prodiit, increpans Senatum ejusque Deputatos, quod promisissent observare Edicta, prout ferebat apostilla Concilii Brabantiæ; quod acceptantes apostillam sese subjecissent Edictis, sibique medium sustulissent instituendi cum aliis querelas adversus illa; quodque desuper commissionem non habuissent à communi-

communitate. Sic populus miserè distrahebatur per eos, quorum audacia crescebat ad famam protectionis, quæ promittebatur ex conspiratione & conjuratione Nobilium. Wesembeek *ibid.*

Anno 1566. 25. Martii

Juvenes aliqui nobiles, qui Genevæ & alibi principiis calvinismi imbuti fuerant, quibusque libertas placebat, inducti indubiè & animati à perfidis quibusdam, conspirationem hanc cœperant Bruxellis in nuptiis Principis Parmensis. Post multas deliberationes, quid, quando aut qualiter rem peragerent, tandem novem ex illis, qui nullum in republica munus obibant, Bredæ congregati fœderis formulam, quam deinceps cæteris Belgii nobilibus subsignandam offerrent, conceperunt, eamque conscripserunt dictante *Philippo Marnix de S. Aldegondè* nobili Bruxellensi calviniana hæresi infecto, ætatis tunc viginti octo annorum. In ea autem jurârunt, se nullo modo Inquisitionem in Belgio passuros, specioso titulo, quòd, cum domus suas foris haberent, ipsi plurimùm & primi paterentur, si tumultus indè orirentur. Formula ista missa fuit per Provincias & plurimi nomina sua dederunt; unde tandem concluserunt omnium confœderatorum nomine offerre Libellum supplicem Gubernatrici Belgii.

Confœderatio Nobilium

Phil. Marnix eam dictat.

Gubernatrix, quam hæc non latebant, Conventum solitò celebriorem convocavit ad 27. martii, Provinciarum nempè Gubernatores, aurei velleris Equites, Senatoresque privati Concilii, non tam sententias aliquorum quàm affectus exploratura. In eo Conventu actum est, nùm admitti deberent Nobiles in tanto numero ad offerendum Libellum, & quid respondendum ad puncta, quæ ferebantur petituri, nempè abolitionem Inquisitionis & omnium Edictorum editorum in causa Religionis.

27. Martii

Gubernatrix inquirit, quid in hac re agendum.

Guber-

Anno 1566. 27. Martii

Ejus sententia circa Edicta.

Gubernatrix perorando in dicto Conventu quoad Edicta dicit, quod, qui illa inclementia & barbara traducunt, injuriam faciant non tantùm Imperatori, sed etiam collegio Equitum, senatorum Concilio, immò totius Belgii Ordinibus, quorum omnium judicio consensuque lata sunt tamquam necessaria bono publico.

Et Inquisitionem.

Quantùm ad Inquisitionem sic loquitur: *Hoc tribunal non est in Belgio novitium inventum, uti scitis... Sed quid, oro, severitatis habet hæc Quæsitorum censura, quod Edicta Cæsaris non habeant? Immò si rectè vobiscum reputatis, multo hæc quam illa severiora sunt. Ut meritò Rex in iis, quas tribus ante annis hic ego perlegi, literis, multis vestrum audientibus, miraretur, cur tantoperè ab Hispanica Inquisitione timerent Belgæ, qui in eisdem* Religionis *causis, pœnas longè plures ac majores in Edictis* Caroli *comprehensas haberent. Quod si ea Edicta, sapienter à Principe lata, consensuque Ordinum excepta sunt, non video, cur adversùs Inquisitionem, quæ eodem pertinet & mitiùs agit, tam acerbè impotenterque homines invehantur.*

Aliorum sententia. Edicta mitiganda.

Indè rogatis sententiis multi censuêre, nè quid mutaretur ex imperatoriis Edictis. Plerique acriùs incitatiùsque disserebant. Et quidem quantùm ad Edicta, censebant illa mitiganda esse: nihil autem dicunt de abolitione, cum tamen malevoli nullam intenderent admittere mitigationem, sed omnimodam abolitionem vellent; super quo hoc tempore plurimi libelli in populo divulgabantur.

Inquisitio abolenda Ratio nes.

Pro abolitione Inquisitionis duas tantùm rationes adferunt, aversionem nempè populi, pro qua ponunt exemplum Antverpiensium; & diminutionem auctoritatis Episcoporum. Nullus autem præfert rigorem, crudelitatem aut tyranni-

tyrannidem, aut quod esset contrà privilegia & libertates patriæ: per quæ populus tam miserè seducebatur & incitabatur.

Anno 1566. 27. Martii

Quod verò, inquiunt, *ad Inquisitionèm attinet, satis apparere, eam nulli hominum ordini acceptam esse, adeò ut Antverpiæ nemo sit tam tenuis fortunæ, qui sclopum aut hastile aliquod non ostentet mineturque illo se telo usurum in eos, qui Hispanicam Inquisitionem inferre in urbem connitantur. Immò & Episcopos non levi affectos injuriâ videri, dum Religionis causæ; quarum cognitio ad ipsos jure pertinet, ad posteriùs hoc Quæsitorum tribunal transferuntur.* Strada *Bel. Belg. Lib. V. pag. mihi* 195. *& seqq.*

Qualiter Antverpienses contrà Inquisitionem.

His peractis, primis diebus aprilis cœperunt Bruxellas advenire conjurati Nobiles. Qui numero trecenti aut quadringenti die 5. ejusdem mensis bono ordine quini processerunt ad Aulam, ibidemque Libellum suum per Brederodium obtulerunt Gubernatrici. In eo autem duo tantùm puncta petebant, ut nempè Gubernatrix peteret à Rege abolitionem totalem Edictorum & Inquisitionis, & per interim utriusque usum interdiceret. Posterà die responsum obtinuerunt, quo Gubernatrix promittebat, se pro posse apud Regem desuper acturam, & per interim, attento quod in potestate non haberet suspendere Inquisitionem aut Edicta, Inquisitoribus & officiariis indicaturam, ut salvo officio in executione illorum discretè & modestè procedant. Quo responso Nobiles non satis contenti, actis Gubernatrici gratiis de festina expeditione, decesserunt exspectaturi responsum Regis.

5. Aprilis.

Nobiles offerunt libellum supplicem.

Responsum.

Accidit autem, dum offerebatur dictus Libellus, quod Comes Barlaimontius loquens Gubernatrici eos *Gensios* appellaret. Audierat id Brede-

Nomen Geusii à Fœderatis assumptum

Anno 1566. 5. Aprilis. Brederodius & quidam alii. Cum id relatum fuisset sociis congregatis in convivio, placuit nomen illud Factioni facere proprium, atque ex eo petere insignia conspirationis. In convivio illo acclamatum est *vivant Geusii*, ingeminatumque. Mantica more mendicantium appensa & ligneum vasculum, è quo potitarent, ipsis solemnia erant. Vestes assumunt cinericii coloris, alii ligneas lagunculas scutellasque & caliculos pileis affigunt, alii nummum collo appendunt cum hac inscriptione: *fideles Regi usque ad Manticam*. Sicque in publicum prodierunt. Indè nomen *Geusii*, quod fœderati sic celebrarunt, mansit in Belgio proprium omnibus sectariis, quod illi tamen hodie ægrè ferunt.

10. Aprilis. Brederodius Antverpiæ. Mensis aprilis die 10. Brederodius Bruxellâ decedens Antverpiam venit cum quadraginta tribus equitibus. Monuerat jam *Margareta* Magistratum Antverpiensem, ut facta ejus observaret. Magistratus autem die 14. retulit Margaretæ, eum modestè agere. Sic Strada *Lib. V. pag.* 208.: qui tamen addit Gubernatricem aliundè certiorem factam, quod Antverpiæ seditiosa quædam, quæ ibidem refert, perpetrasset. Verùm seditiosa illa potiùs referenda videntur ad secundum Brederodii adventum, quem *Antwerpsch Chron. pag.* 71. ad 5. julii refert, dum plenus zelo tendebat Trudonopolim ad secundum Fœderatorum Conventum. Ut sic sincera fuerit Antverpiensium de primo ejus adventu relatio.

Antverpienses assumunt Insignia fœderatorum. Fieri tamen potest, hunc ejus adventum, cum compareret in habitu & cum insigniis conspirationis Bruxellis assumptis, excitâsse Antverpiæ zelatorum animos ad eum in illis imitandum. Plures enim Antverpiæ ligneas scutellas & lagunculas pileis affixerunt; aliqui ex illis bibe-

biberunt in conviviis & epulis, elatâ voce clamantes *vivant Geusii*. Strada *pag mihi* 215. Antwerpsch Chron. *pag*. 68. Sic utique indicabant, se animo saltem junctos conjuratis. Addiderunt mercatores prædictis insigniis tornata bacilla in crucem commissa, per hæc apparenter indicantes, abituros se & alibi libertatem quæsituros.

Anno 1566. 10. Aprilis

Laudibus itaque extollebatur Geusiorum nomen, notanter quòd fallò vulgaretur, fœderatos obtinuisse impunitatem per interim, & consideretur, eos illam procuraturos pro semper. Hinc passim redibant, qui hæresis causâ aut ejecti fuerant aut fugerant, & qui clam delitescebant, se manifestabant. Imò Wesembeek *pag*. 13. dicit Antverpiæ hoc anno publicè prædicasse ut minùs tres prædicutios, Hermannum Modet, Georgium Silvain & Gasparum van der Hage, qui ibidem & alibi ante decem, quindecim aut viginti annos occultè prædicaverant.

Pulsi propter Hæresim redeunt.

Hinc hoc eodem mense aprilis die 26. prodit Edictum ad officiarios civitatum, ut publicent, quatenùs similes statim discedant, alioqui apprehendendi & puniendi secundùm sententias & causas relegationis suæ. Edictum desuper eo die ad Antverpienses missum refert Wesembeek *pag*. 108. sic sonans.

26. Aprilis

Edictum desuper.

BY DEN CONINCK. Onsen Schouteth van Antwerpen, Marckgraef onses Lants van Ryen of synen Stadthouder salut.

27. Aprilis

Alsoo tot onser kennisse ghecomen is, dat vele ende verscheyde persoonen, die uyt onse Landen van herwaerts-over ghebannen zyn, haer vervoorderen in de selve daghelijcx te comen ende weder te keeren tot groote vercleyninghe ende verachtinghe van de Justitie, daer door onse Landen vol ghebanne ende verloopene men-

Anno 1566. 27. Aprilis menschen soude moghen worden: het welck wy niet en verstaen by oochluykinghe te dulden oft toe-te-laten.

Soo is't dat wy daer op gelet hebbende, ende willende daer inne voorsien, u wel uytdruckelijck door desen ontbieden ende bevelen, dat ghy terstont ende sonder uytstel publiceert ende vercondicht, of doet publiceren ende vercondighen allomme in u bedryf, daer men ghewoon is publicatien ende uytroepinghen te doen, ende van onsen t' weghen wel scherpelijck beveelt ende belast, dat alle die uyt de paelen van uwen bedryve ghebannen zyn, om wat saecken dat het sy, terstont vertrecken uyt uwe jurisdictie op te pene, datse aengetast, ghevanghen ghestelt, ende op staenden voet, sonder hope van ghenade of vergiffenisse, ghestraft sullen worden volghens hare vonnissen ende oorsaken van bannissement.

Tot sulcken eynde u wel duydelijck bevelende te vanghen ende spannen alle, die ghy bevinden sult dese onse Ordonnantie ende verbodt overtreden te hebben, ende teghens haer tot executie van de voorschreven penen te procederen sonder eenich faver, oochluyckinghe of uytstel, op de pene van op u te verhalen, inghevalle ghy in fonte bevonden wordt d'overtreders te vanghen ende de voorschreven sententien te doen executeren.

Om t'welc ende 't ghene daer van dependeert te doen, gheven Wy u ende alle andere Richters ende Amptlieden, aen elck een soo als dat behoort, volcommen macht, ghesach ende sonderling bevel. Ontbiedende ende bevelende daer-en-boven eenen yghelijcken, dat sy u ende haer 't ghene voorschreven is verrichtende, te verstaen ende te gheoorsamen sullen hebben: want het Ons alsoo ghelieft.

Ghegha-

Ghegheven in onse Stadt van Brussel , onder onsen teghenseghel hier op gheplackt den seven-en-twintichsten Aprilis vyfthien-hondert-ses-en-ses-tigh. Onderteeckent by den Coninck. Noch leegher. Facuwes. Anno 1566. 27. Aprilis

Malevoli, qui omnem occasionem captabant, etiam hoc Edictum in malam partem interpretati sunt, ut populum adversus illud concitarent. Vulgaverant concessam impunitatem ad supplicam Nobilium, subintelligentes remissionem aut saltem suspensionem præteritorum: cum Nobilibus tantùm promissum esset, quod officiariis & inquisitoribus scriberetur, ut salvo officio in exequendis edictis discretè & modestè procederent. Jam autem clamabant ex relato Edicto patêre, Aulam nihil observaturam de eis, quæ Nobilibus promissa erant; contraria Officiariis & Inquisitoribus mandata esse; patêre id etiam ex eo, quod Nobilium fœderatio & eorum Supplica non placuerit, ideoque illi despicerentur, undè illis mala imminerent. Nec minùs malè interpretati sunt Litteras Regis die 6. may, quibus sperandum dabat, se in Belgium venturum & coràm Edictorum severitatem, si quæ esset, moderaturum: dilatio hæc illis mali ominis erat. Perversa illius Edicti interpretatio. 6. May. Item Litterarum Regis.

Hæc omnia audaciam sectariorum sic excitarunt, ut qui hactenùs sese continuissent in secretis & nocturnis conventiculis, cœperint se manifestare & in publicum prodire. Prima publica prædicatio Antverpiæ per eos facta est 22. may in sylvâ in pago *Berchem*: audaciæ autem huic impedimentum positum est, undè & aliquo tempore cessârunt. 22. May. Sectariorum indè audacia.

In vico *het Kiel* in suburbio nostro primus Subsidiarius pulsus fuerat propter hæresim. Substitutus ei erat hoc tempore alius dictus Dominus *Frans*; hic autem etiam infectus erat, & cum Subcuratus in Kiel infectus hæresi.

Anno 1566. 22. May. & cum semel & iterùm concionatus fuisset, majorem quàm antè concursum habuit, quia dicebatur prædicare juxtà Confessionem Augustanam. Hinc ipsi brevì interdicta fuit prædicatio. *Antwerpsch Chron. pag.* 69.

Brabo in frontispicio novæ Curiæ. Papebrochius *Annal. Mss.* ad mensem majum agens de renovatione Magistratûs, inter alia dicit: Huic Magistratui pessimum omen fecit positus in summo novæ Curiæ frontispicio (ubi stare Mariana effigies debuisset, sicut in veteri steterat) fabulosus & profanus BRABO gladio minax, quasi manum præcisam in medium jacturus forum, semen civicarum seditionum. Ita ille ex *Caukerkia*. Statua B. Mariæ, quæ steterat in veteri Curia, erat ex marmore, quam, inquit Franc. Bencius in *Annal.*, novâ exstructâ domo Architecti aut oblivione relinquerunt aut contemptu, & Colossus pro eâ positus est; seu, ut dicit Wigmans *Brab. Mar. pag.* 347., intrusus à factiosis nonnullis. Ex eo autem, inquit Bencius, omnia in pejùs ruere visa sunt huic urbi. Stetit verò illic Brabo iste usque ad annum 1586., quo reductâ civitate Patrona civitatis restituta est pristino suo loco, & Brabo positus ad Schaldim suprà portam *de Werf-poort*, ubi adhuc hodiè visitur.

13. Junii. Sectarii prædicant publicè. Mense junio sectarii prædicationes publicas, semel impeditas, audaciùs resumpserunt, primò in dissitis locis & sylvis, dein in apertis campis & magis vicinis: tandem armati eò processerunt, nè quis impedimentum poneret. Die 13. junii in festo Corporis Christi prædicatio facta est in sylva de *Beerschot*, ad quam convenerunt circiter quadringenti. Die autem 24. 24. Junii. in festo S. Joannis Calvinistæ ausi sunt propiùs accedere, & prædicationem gallicè fecerunt in aperto campo in *Borgerhout op't Laer*. Prædicatius

autem

autem fuerat Advocatus Parisiis, & eò quod cessisset foro indè fugerat. Ad illam prædicationem accurrerunt ex civitate circiter sexcenti, plerique Walones. Die 29. in festo SS. Petri & Pauli ibidem habitæ sunt duæ prædicationes; altera gallicè, altera teutonicè; & non obstante, quod ex parte Senatûs inhibitum esset exire ad prædicationes, & vigiliæ eo fine ad portas civitatis multiplicatæ essent, excurrerunt eò plus quàm mille quingenti; etiam sequenti die, quæ erat Dominica. Plures manè conferebant cibos, nè negligerent prædicationes post meridiem, dum unus gallicè & duo teutonicè prædicaturi erant. Tunc publicè ibidem venales exponebantur libri psalmorum, indubiè versionis Clementis Marotti., aliique perniciosi libelli, carmina, cantilenæ, Imagines, picturæ &c. injuriosa contrà missam, Pontificem & ecclesiasticos. Antw. Chron. *pag.* 69. & *seqq.*

Anno 1566. 25. Junii.

Senatus Antverpiensis ad hæc & indè timenda impedienda, congregato lato Concilio & de consensu ejusdem, statuerat prohibere, nè quis ad prædicationes exiret, ideoque vigiliæ ad portas civitatis augerentur: & nè similes prædicationes fierent in civitate, ponerentur vigiliæ in singulis regionibus civitatis, & cives omnes semper parati essent ad arma.

Curà Senatûs desuper.

Tandem, cum non expediret contrà tantam multitudinem vi procedere, & ut principiis obstaretur, ac plebs tùm timore tùm reverentiâ contineretur, statuit deputatos mittere Bruxellas, qui negotium hoc & in eò hactenùs acta exponerent Gubernatrici; eamque rogarent, ut ipsamet cum Aulicis & Conciliariis suis Antverpiam veniret, omniaque coràm disponeret: adjectâ tamen (inquit Wesembeek,

Deputatos mittit ad Gubernatricem

Anno 1566. 6. Junii. qui hæc refert *pag.* 112.) conditione ; nè adduceret milites ; eò quod timeretur , nè peregrini mercatores per eos pellerentur & mercatura indè pateretur.

esponsum us. Deputati sunt itaque Dominus *Theodorus van den Werve* & Pensionarius noster *Jac. van Wesembeek* occultus hæreticus & sectariorum fautor. Illis autem , relatione factâ , respondit Gubernatrix , se gratias agere Senatui tùm de præsentatione , tùm de hactenùs actis ; eosquè bene acturos , si in ea vigilantia perseverent ; ad quod , inquiebat , plurimum conducet , executio Edictorum & consequenter dimissio omnium peregrinorum , præcipuè Gallorum (ex quibus tres spectabiles nominabat , quos apprehendendos censebat) militum & vagabundorum , quorum magnum numerum Antverpiæ existere intellexerat , quem in finem paratum jam erat Edictum brevî edendum : quo facto iterum sibi indicarent peracta , & speciatim quale medium judicarent expedire ad impediendas dictas prædicationes & conventiones ; quibus intellectis , simul & quam securitatem ibidem habitura esset si veniret , deliberaret de suo adventu , prout expediret. Deputati gratias agentes Gubernatrici , proposuerunt , ut , cum res urgeret , si personaliter tam citò venire non posset , dignaretur præmittere unum ex magnatibus cum familiaribus suis absque tamen militibus , ut suprà : ad quod Gubernatrix se desuper deliberaturam respondit. Et sic redierunt Deputati. Ita Wesembeek *ibid.*

Galli suspecti de excitatis turbis. Notandum hìc , inter peregrinos expellendos , speciatim nominari Gallos. Hinc colligere datur , illos præ cæteris suspectos fuisse de excitatis turbis. Hùc etiam facit , quod Continuator *Hist. Eccl.* Fleury *Tom.* 34. *lib.* 169. *n.* 43. , cum alii alias tumultuum

Belgi-

Belgicorum causas quærant, totam illorum causam adscribat Calvinistis Regni Galliæ; qui, cum intenderent rebellare, Belgium incenderunt, ut Hispaniarum Rex, occupatus ad extinguendum incendium in propriis, in statu non foret ad ferendum auxilium Regi Galliæ. Insuper vidimus, quod à pauco tempore, quo cœperant advenire calvinistæ galli, res indies magis magisque disponerentur ad tumultus.

Anno 1566. 26. Junii.

Interim Edictum quoad expellendos peregrinos, signatum est Bruxellis 26. junii & missum Antverpiam. Refert illud Wesembeek pag. 114. sic sonans.

Edictum a expellendos peregrinos.

BY DEN CONINCK. Onsen Schoutteth van Antwerpen, ende Marckgraef van ons Lant van Ryen of synen Stadthouder salut.

Alsoo wy met groot herten-leet valcomelijck onderricht sijn, dat vele ende verscheyden vreemdelinghen daghelijcx van alle canten, onder decsel van coophandel ende andere haere saecken, in onse Landen van herwaerts-over comen, om door haere valsche ende verworpene leere, dwalinghe ende ketteryen onse goede ondersaten ende slechte lieden te bederven, verleyden ende besmetten, 't welck Wy in desen ghevaerlijcken tydt niet en verstaen by oochluyckinghe te verdraghen.

Soo is't dat Wy t'gene voorschreven is gheconsidereert hebbende, begeerende daer inne te voorsien, soo veel in Ons is, ter eeren Godts, behoudenisse van ons oudt Gheloof ende catholijcke Religie, ende tot ghemeynen vrede, ruste ende eendracht, u ombieden ende bevelen door desen, dat ghy terstont ende sonder eenich uytstel doet uytroepen ende publiceren ter puyen af in onse Stadt van Antwerpen ende elders alomme onder't bedryf van u ampt, daer men gh.woon

 is

Anno 1566. 26. Junii. *is vercondinghe ende publicatie te doen, van onsen t'weghen wel uytdruckelijck bevelende ende belastende, dat alle vreemdelinghen ende uytheemsche, in de voorschreven onse Stadt zynde, of die aldaer souden moghen comen, niet om het stuck van haren handel oft andere hare warachtighe ende wettelijcke saecken, terstont vertrecken sullen uyt de voorschrevene onse Stadt, u bedryf ende onsen Lande van herwaerts-overe: de welcke wy oock door desen belasten ende bevelen, 't selve naer te comen op te pene, dat men teghens haer sal procederen tot arbitraire straffe ende correctie naer den eysch der saken.*

Ende soo men onder de voorschreven vreemdelinghen bevint eenighe, die haer vervoordert hebben, onse ondersaten van herwaert-overe besmet, bedorven of verleyt te hebben door haere boose leere ende Ketteryen, of ghedaen ende gheattenteert te hebben yet, dat strecken soude tot beroerte ende onsteltenisse van de ghemeynte, in wat manieren dat het sy; soo begheeren ende bevelen wy, dat men soodanighe vreemdelingen ende uytheemsche terstont sal aentasten ende ghevanghen nemen, om daer over tot exempel van andere ghestraft ende ghecastydt te worden naer hare verdiensten. Ende dat ghy tot onderhout ende executie van ons voorschreven bevel procedeert ende doet procederen teghens d'overtreders in voeghen voorschreven sonder eenich verdrach of gonste op de pene, inghevalle ghy u daer van niet behoorlijck en quyt, van ghehouden ende gheacht te worden voor mededoender ende fauteur van de ghene, die de ghemeyne ruste wechnemen ende onstellen willen, ende voor sulcx gestraft ende ghecastydt te worden: u door desen vollen last ende sonderlingh bevel ghevende, om wel ende vlytelijck te doen, 't ghene

voor-

voorschreven is ende al dat daer van dependeert. Anno 1566.

Ontbiedende ende bevelende daer-en-boven aen alle andere onse Officiers, Justiciers, Richters ende ondersaten van onse voorschreven Stad ende resort, ende aen alle andere, die het aengaet, datse u, 'tghene voorschreven is doende, neerstelijck onderdanighen ende alle moghelijcke hulpe doen. Want het ons alsoo ghelieft. Ghegheven in onse stadt van Brussele onder onsen teghenseghel hier op ghedruckt op den ses-en-twintichsten dach Junii 1566. Onder stont: gheschreven By den Coninck in synen Raedt. Onderteekent. 26. Junii.

Facuwes.

Publicatum est Antverpiæ hoc Edictum. Ut autem debitè executioni mandaretur, primâ Julii ex parte civitatis publicatum est, ut quisque in scriptis deferret nomina & cognomina peregrinorum in domibus suis commorantium aut hospitantium, sub pœna duodecim florenorum. *Antw. Chron. pag. 71.* Et insuper die 2. julii ex parte Regis & civitatis inhibitum fuit civibus exire ad prædicationes: quo super, publicatum & ubique affixum fuit hoc mandatum, quod etiam refert Wesembeek *ibid.* 1. Julii. Prohibetur Civibus exire ad Prædicationes.

MEN waerschout ende laet weten van s'Heeren ende Stadts weghen, dat alle Borghers ende Inwoonders deser Stadt ende alle andere, van wat qualityt of conditie sy zyn, haer sullen vermeyden van haer te laten vinden 't sy uyt nieusgiericheyt, neuswysicheyt of andersiens, binnen of buyten de Stadt, in eenighe predicatien, die by de Placcaten ende Ordonnantien soo van sijne Majesteyt als van de Stadt verboden zyn. Elck een wachte hem van schade. Onder stont ghescreven. *Aldus ghedaen ende ghepubliceert van weghen onsen Heere den Coninck ende deser* Edictum de super.

Anno 1566. *Stadt respectivelijck den tweeden dach Julii.* Onderteeckent *A. Graphaus.*

1. Julii. Auctor *Antw. Chron.*, qui *pag.* 71. asserit hanc prohibitionem factam fuisse sub pœna amissionis juris Civium & insuper arbitralis correctionis, dicit, non obstante dictâ prohibitione, eodem die plures quàm antè, imò millenos ad prædicationes excurrisse.

Eo non obstante plures excurrunt.

2. Julii. Notat autem insuper, quod prædicationes tam gallica quàm teutonica eo die turbatæ sint propter fortuitam explosionem quarumdam bombardarum: undè putantes se traditos, in magna confusione discurrebant auditores, quorum alii Cappas, alii pallia, alii calceos &c. in hac confusione amiserunt.

Turbatæ sectariorum prædicationes.

3. Julii. Turbatio hæc & timor indè ortus induxit sectarios, ut peterent locum in civitate ad habendas prædicationes suas. Libellum supplicem desuper confecerunt inscriptum Burgimagistris & Scabinis sub nomine Civium & Incolarum novellæ Religionis, eumque postridiè clausis litteris inclusum miserunt Vico-magistris civitatis. Hi, cum vi juramenti tenerentur deferre quæcumque audirent aut viderent, eodem die Libellum illum exhibuerunt Senatui collegialiter congregato. In eo autem exhibebant Sectarii, quod jam ab aliquibus annis secundùm Scripturam se separâssent ab idololatris (sic vocabant catholicos) & ab abusibus Ecclesiæ Romanæ: quod eo tempore in occulto habuissent prædicatios & usum sacramentorum in hac civitate, sicut in toto Belgio; quod numerus eorum, tam linguæ gallicæ quàm teutonicæ, indies sic augeatur, ut impossibile sit se ulteriùs in occulto continere, & tamen juxtà mandatum Dei non possint omittere professionem & exercitium veræ religionis, quo omnis inordinatio caveretur & sectæ prohibitæ pellerentur; supplicantes

Petunt locum in civitate ad Prædicandum.

tes quatenùs exercitium dictæ Religionis permitterent, & in civitate assignarent aptum locum, in quo expensis suis erigerent ædificium aptum suis conventiculis; quod id vergeret in concordiam civium & utilitatem civitatis, sicut pluribus exemplis antiquis & novis in Germania, Gallia & alibi compertum est; quod exercitium duarum Religionum concordiam potiùs quàm discordiam causet. Tandem cum dictum exercitium, notanter prædicationis & distributionis sacramentorum, in sua fidei confessione declaretur necessaria, declarant se id velle observare. Cumque res tam utilis & necessaria in potestate esset Magistratûs secundùm Privilegia JOANNIS Ducis Brab. & lætum Introitum, confidunt, sibi tam justam petitionem non denegandam.

Anno 1566. 3. Julii.

Senatus, per hanc audacem Supplicam videns periculum, statuit exactius quàm antè invigilare; multiplicat vigilias, ad portas civitatis ponit notarios, qui notent nomina peregrinorum intrantium; statuit visitationem generalem per omnes civitatis domus, expellere omnes milites & vagabundos; exigere juramentum à Centurionibus & Decurionibus; inquirere, quales intrà leucam ab Antverpia commorentur & congregentur. Tandem statuit Deputatos, qui Bruxellis venerant, remittere ad Gubernatricem, ad ei indicandum oblationem dicti Libelli, & publicationem Edicti per eam missi: &, cum res urgerent, ad supplicandum quatenùs ipsa dignaretur Antverpiam venire, aut saltem mittere aliquem è Proceribus, sicut & secundùm priorem requisitionem. Inde postridiè 4. julii publicatum est, ut milites & alii vagabundi juxtà Edicta discederent; inquisitum in Gallos in civitate commorantes, &

Ideò mag invigilat Senatus.

Petit ut Gubernatrix veniat Antverpiam.

Anno 1566. 4. Julii.

prohibitum, nè quis tectâ facie incederet vel cum tuba aut tympano.

Responsum Gubernatricis

Deputatis respondit Gubernatrix, quod Edicta malè obferventur; quod civitas hactenùs plena sit Gallis, militibus & peregrinis: imo quod nè unum quidem nominare possent, qui statim coactus fuisset discedere: ideoque non intenderet Antverpiam venire, donec illi discessissent, efficacius indicaretur medium ad impediendas prædicationes, & magis in particulari diceretur, qualem securitatem habitura esset; cum addicta generalis civium defensio sibi non sufficeret; quodque interim desuper & supermittendo deliberatura sit.

Deputati petunt ut mittat Orangium.

Deputati intelligentes Gubernatricem intendere Antverpiam mittere Principem aliquem, rogarunt, ut, cum res urgeret, id quamprimùm faceret, nullum tamen nominantes. Verùm dein aulicis loquentes, indicârunt, eam benè facturam, si mitteret unum civitati & Incolis gratum; quodque Communitas intenderet in principem Orangiæ, quocum tamquam Burggravio Antverpiensi juramento connexionem habet. Wesembeek, qui hæc refert *pag.* 117. & *seq.* & unus erat ex dictis Deputatis, sollicitè notat, sese antè discessum intentionem illam intellexisse è senatu & populo, indubiè ad avertendam à se suspicionem.

Edictum de incarcerandis Prædicutiis.

Interim generale Edictum prodiit, quo mandabatur, ut omnes prædicutii (illis enim præcipuè imputanda erat turbatio populi) apprehenderentur & incarcerarentur, sicut & illi, qui eos sustentabant; & præscribebatur ordo, quo quisque se gereret in materia Religionis, & pœnæ in contravenientes. Edicti hujus publicatio Antverpiæ dilata fuit, quo super dein se conati sunt justificare. Interim huic Edicto adscribit Wesembeek, quod sectarii

tarii cœperint armati exire ad suas prædicationes. Anno 1566.

Notat Wesembeek *pag.* 119., quod hoc tempore Senatus parvi penderetur, eò quod jam tam longo tempore hactenùs executioni mandasset Edicta (quod persecutionem vocat) & quod Magistratus notanter hujus anni odio esset religionariis, eò quod sese illis tam fortiter opponeret. Gloriosum sanè fidelitatis Senatorum nostrorum testimonium datum ab heterodoxo, qui existens Pensionarius tam fidelis senatûs, partem in fidelitate eorum non habuit; sed evitans sectariorum odium sempiternum perfidiæ probrum tulit. 4. Julii. Fidelitas senatus Antverpiensis.

Die 5. julii accidit, ut domus quædam circà *Bedde-straet* conflagraret circà nonam matitunam. Wesembeek infortunium hoc referens dicit, cives & Incolas se debitè gessisse, tùm in extinguendo incendio, tùm in cavendo tumultu; & omnia tam ordinatè peracta fuisse, ut Magistratus eis postridie gratias egerit. Verùm *Antw. Chron. pag.* 72. idem incendium referens, dicit, quod inde circà meridiem excitatus sit magnus tumultus, putareturque civitas prodita, quodque quibusdam clamantibus *ad cædes, ad cædes*, magna per plateas commotio excitata sit in populo, & præcipuè in foro gallinacio, ita ut iteratò populus discurreret timens generalem cædem, officinæ claudebantur, sicut & porta meridionalis Ecclesiæ. Interim inquit, tumultus hic, cùm esset in meridie, citò cessavit. Surius itidem contemporaneus in *Comment. pag.* 875. dicit, tantum tumultum hâc occasione excitatum fuisse, ut nisi prudentiâ Magistratûs itum esset obviam, actum fuisset de illo celeberrimo Emporio. 5. Julii. Tumultus occasione incendii.

Eodem

Anno 1566. 5. julii.

Brederodius Antverpiam venit.

Eodem die vesperi Antverpiam venit Brederodius cum Ludovico fratre D. de Cuylenborg & pluribus aliis Geusiis. Vestiti erant habitu per fœderatos Bruxellis assumpto cinericei coloris. Hospitati sunt hi viâ *de Cammerstraet* sub signo rubri Leonis multa dispendentes cum geusiis & Antverpiensibus calvinistis. Ita *Antw. Chron. ibid.*.

Seditiosa ejus dicta & facta.

Ad hunc Brederodii adventum referenda videntur seditiosa illa, quæ Strada *de Bel. Belg. L. V. pag.* 209. refert ad primum ejus adventum. Dicit autem Margaretam certiorem factam Regique scripsisse, ex Antverpiana plebe suprà quatuor millia hominum fuisse, qui ad cauponam, quò Brederodius urbem ingressus cum quadraginta tribus equitibus diverterat, accurrerunt: ipsumque, ubi eam frequentiam affusam hospitio audivit, à prandio surrexisse, atque ingenti cum paterà è fenestra conspicuum subjectam in impluvio multitudinem ità allocutum esse: *Antverpiani, adsum hìc ego, ut vos vel cum fortunarum mearum vitæque discrimine tegam, liberosque asseram ab Inquisitionis Edictorumque tyrannide. Vos si mecum in hoc præclaro opere consentitis, agite; & qui vestrûm salvam libertatem, me Duce, volent, propinatum hoc sibi poculum benevolentiæ meæ significationem genialiter accipiant, idque manûs indicio contestentur.* His dictis haustâque paterâ ipsum antè alios manum extulisse statimque illorum plerosque idem factitâsse, elatâque manu atque incerto murmure accipere sese illud amoris argumentum significavisse; atque urbe postea exeuntem eâdem frequentiâ comitatos esse. Ita *Strada*. Id autem hac vice factum fuisse confirmatur ex eo, quod post unum alterumve diem Senatus Antverpiensis indicaverit expediens esse, ut Brederodio indiceretur

disce-

dilceſſus, quia plebs nimiùm ad eum accurrebat, ut refert Weſembeek *pag.* 122. Anno 1566.

Interim Gubernatrix, tamquam brevi ventura præmiſerat Antverpiam Comitem Meganum, exploraturum, quid in civibus eſſet ad coercendas ſeditiones. Verùm viſo Comite tumultuari civitas cœpit, vociverante paſſim plebe, Meganum infenſo Geuſiis animo veniſſe, ſecuturum paulò poſt cum duodecim vexillis Comitem Arembergium; tùm Gubernatricem, occupatâ militibus Antverpiâ, ſuperventuram ac pro arbitratu Pontificium tribunal erecturam hiſpanicâ ſeveritate &c. quo tumultu indies crebreſcente Gubernatrix Meganum indè amovit. Strada *pag.* 219. 5. Julii. Seditio ob timorem præſidii militaris.

Reverſis Bruxellâ Deputatis Senatus 6. julii congregato lato Concilio propoſuit, ut ſi quis milites, vagabundos, gallos aut alios peregrinos non mercatores ſciret, eos deferret pro majori civitatis ſecuritate: monuitque, ut non vadant ad prædicationes, & alios, quantùm poſſibile, ab illis cohibeant. Ultrà petivit, quale medium haberent, aut quod auxilium afferrent ad impediendas prædicationes tam intrà quàm extrà civitatem; & imprimis quali ordine, qualibus viribus ſeſe opponerent, ſi ſectarii in civitate tentarent convenire; ſicut & ſi tumultus excitaretur, qualiter civitatem præſervarent, cum modus hactenùs indicatus inſufficiens videretur; monens, ut feriò deſuper deliberarent, nè occaſio detur introducendi præſidium militare. 6. Julii. Senatus quærit media ad impediendas prædicationes

Ad hæc reſponderunt, neceſſe non eſſe introducere militare præſidium, ſe omnes paratos eſſe ſervire Regi ad defendendam civitatem, ad præcavendos tumultus & ad impediendas prædicationes in civitate, idque ad mandatum Senatûs. Quantùm verò ad prædicationes & conventicula forenſia, illa ad ſe non Reſpondet latum Concilium.

Anno 1566. 6. Julii. non spectare, nec sui muneris esse illa impedire. His auditis Magistratus mandavit Gildis, ut armati venirent ad forum, & ut ex civibus quadraginta essent ad singulas portas, uti & in singulis pontibus & regionibus civitatis. Wesembeek *pag.* 120.

Vagabundi bentur discedere. Addit *Antw. Chron. pag.* 72., eodem die Antverpiæ ex parte Regis publicatum esse, ut omnes vagabundi ante solis occasum discederent sub pœna capitis, & prohibitum, nè quis exiret ad prædicationes sub pœna arbitraria.

7. Julii. Non obstante hâc prohibitione sequenti die mane 7. julii, quæ erat Dominica, malevoli

'aria tumultuosa. exierunt ad prædicationem *op't Laer*, ubi prædicutius flander prædicabat, non obstante magnâ pluviâ. Post meridiem, dum prædicabant gallus & flander adhuc plures exierunt, benè semper armati. Eodem die in Ecclesia Minoritarum tumultus factus est occasione ebrii sartoris clamantis ibidem *vivant Geusii*, & simile quid accidit in Ecclesia D. Jacobi. *Antw. Chron. pag.* 73. Ita ut omnia sese disponerent ad generalem tumultum, etiam propter timorem præsidii militaris.

8. Julii. Senatus itaque iterùm statuit Commissarios

Senatus deputat Bruxellas. mittere Bruxellas ad Gubernatricem, qui eam informent de constitutione civitatis; indicent cives nolentes præsidium militare paratos defendere civitatem &c.; rogent, ut revocet Meganum; curet Brederodium discedere; veniat ipsa Antverpiam absque militibus, aut mittat aliquem è Proceribus gratum civibus. Cùm autem omnes in Senatu subterfugerent hanc commissionem, solus eam acceptavit *Wesembeek* Pensionarius, qui 8. mensis prædicta exposuit Gubernatrici, quæ se ægrè illa ferre monstravit. Senatus interim iteratis ad Deputatos

suos

suos 8. 9. 10. 11. & 12. julii litteris & missione D. *Henrici van Etten*, rem ursit; & Deputati instantes pro missione Orangii, eam tandem obtinuerunt 12. julii. *Wesembeek pag.* 122. *& seq.* Eodem die Gubernatrix datis litteris mandavit Senatui, ut correspondentiam cum eo haberet, eumque consilio & auxilio juvaret. *Justif. Antv. apud P. Bor. fol.* 151. — Anno 1566. 8. Julii.

Interim sectarii novum Libellum obtulerunt Senatui, querentes quod hactenus ad priorem suum Libellum responsum non obtinuissent, quodque haberentur tamquam hæretici & sediosi: & rationem reddentes quare publicè cœperint prædicare & armati ad prædicationes exire, iterùm petunt locum sibi assignari in civitate; promittentes se tunc arma posituros. Responsum autem iterùm non tulerunt. — Sectarii iterù petunt locum in Civitate.

Duo jam fuerant subsidiarii in Capella de Kiel, quorum alter fugatus fuerat alter captus, eò quod hæresi Lutheranâ infecti essent. Fugatus hoc tempore revocatus fuit, & in prædicationibus concursum habuit. Dicit *Wesembeek* eum revocatum fuisse à Senatu, ut populus retraheretur ab aliis seditiosis prædicationibus: potiùs autem credendum est, eum revocatum fuisse à tumultuosis quibusdam, ut indicat *Antv. Chron. pag.* 78. quod id refert ad 25. julii. Interim ad hujus prædicationes non ibatur cum armis: ad alias autem prædicationes non cessârunt exire armati. — 12. Julii. Revocatur curatus in Kiel.

Die 14 julii Orangius, missus à Gubernatrice tamquam Defensor civitatis, Antverpiam venit. Obviam ivit Brederodius cum pluribus fœderatis, qui tunc aderant. Populus innumerus tùm intrà tùm extrà civitatem spectabat hunc ingressum, acclamabatur ei *vivant Geusii*, quod ægrè ferebat Orangius, qui jam inde — 14. Julii. Orangius Antverpiam venit.

Bruxel-

Anno 1566. 14. Julii.

Bruxellis conquestus fuerat, quod inter conjuratos reputaretur; cum nullus de eo dubitaret.

Tamquam Defensor Civitatis.

Hic itaque à Gubernatrice contranitente missus est Antverpiam ad instantiam malevolorum. Lætabantur sectarii, in eum enim plurimum confidebant. Et non mirum, cum & ipse plurimùm suspectus esset, habereturque tamquam unus de confœderatis, &, prout ipse fatetur in justificatione sua adversùs proscriptionem Regis, à juventute in animo conservâsset principia Lutheranismi. Hic missus est ad defendendam civitatem adversùs conatus sectariorum.

Wesembeek Agens ejus

Orangius autem simul ac receptus esset, petivit unum è senatu, qui Actor ejus esset ad ferenda mandata, & agendum tùm cum Senatu, qui semper congregatus esse non posset, tùm cum aliis membris civitatis, cum sectariis &c. Et datus est ipsi, placuitque Pensionarius noster *Wesembeek*, qui & ipse sectarius erat & sectariorum fautor.

Petitur ut assumat Vicarium.

Deinceps, cum 3. augusti Orangius denuntiatus esset civitatis Gubernator, rogârunt eum Vico-magistri, ut assumeret sibi Vicarium (*Stadthouder*) qui illi assisteret in regimine: proposueruntque illi D. *Anthonium van Stralen*, qui anno præcedenti fuerat Burgimagister, & dein capite plexus est. Propositum hoc fuit Gubernatrici, quæ distulit illum admittere. Talibus itaque jam tradita erat civitas nostra; quæ hactenùs tam strenuè conatus sectariorum represserat.

Multa proponit & nihil efficit.

Dein describit Wesembeek plura per Orangium tractata cum senatu & aliis civitatis membris pro securitate civitatis & impediendis prædicationibus, saltem ut sectarii arma ponerent: sed quis credet, omnia ista serio peracta fuisse ad

ad pacificandam civitatem & reprimendam secta- Anno
riorum audaciam : audacia enim eorum crescebat 1566.
indies & turbæ augebantur : undè omnia ista 14. Julii.
non videntur fuisse nisi lusus ; multa proposita
& nihil peractum.

Sequenti die 15. julii, quæ erat Dominica, 15. Julii.
audaciùs & majori numero sectarii exierunt ad Sectarii prædicant audacius.
prædicationes *op't Laer*, ubi tùm mane tùm
post meridiem duo flandri & unus gallus prædicabant. Antè prædicationem cantabantur psalmi. Et non tantùm jam exibant armati, sed & locum, ubi prædicationes habebantur, munierunt in formam castri, omnes aditus occludebant curribus & equitibus, nè impedirentur, prædicutios inter duodecim equites ducebant ad suggestum. Idem reiterârunt sequenti die 16. julii, licèt Orangius indicasset se desiderare, ut cessarent prædicationes : non magis enim illi quàm Senatui obediebant. Imò eo die cœperunt publicè ibidem matrimonio jungere & infantes baptizare.

Sabbato 20. julii Vico-magistri, famuli Gil- 20. Julii.
darum &c. circuierunt & singulis membris ex Prohibetur exire ad prædicationes.
parte Principis indixerunt, nè quis ultrà ad prædicationes exiret. Hinc magnum diffidium & odium in ecclesiasticos, ita ut nullus eorum alicubi sine contumelia esset. Sectarii au- 21. Julii.
tem non obstante hâc inhibitione sequenti die validiùs armati exierunt, locumque cinxerunt Prædicant conductis armatis.
conductis armatis, quorum singulis quoque die, quo prædicatio habebatur, dabantur decem aut duodecim stuferi, ita ut quæque prædicatio ipsis constaret quadringentis aut quingentis florenis. Post prædicationem iterùm publicè junxerunt & baptizarunt, & finitis omnibus exploserunt bombardas in signum lætitiæ. Se- 22. Julii.
quenti die 22. idem reiterarunt, sed turbata tunc fuit prædicatio occasione furis bursam

cujus-

Anno 1566. cujusdam abripientis *Antv. Chron. pag.* 75. & *seqq.*

16. Aug. In festo S. Laurentii 10. augusti ad prædicationem *D. Matthys*, pulsi & revocati Subsidiarii in *Kiel*, venit mutatis vestibus *Cunerus Petri* S. T. D. Plebanus Lovaniensis cum socio (quem Wesembeek in originali editione notat fuisse *Petrum Rithovium* Pleb. S. Petri Lov., fortè *Martinum* Decanum ibid.) Finitâ concione *Cunerus* cœpit arguere prædicantem super quibusdam punctis. Inde tumultus in auditorio; clamabatur: *occide malignos, qui turbant prædicantem.* Et alteruter graviter percussus est. Quidam autem cives salvârunt Doctorem cum socio in domum propinquam, eos occultantes in cavea, donec furibundi plebei dissipati essent. Vesperi autem ducti sunt in S. Bernardi & sequenti die Lovanium. Ita *Antw. Chron. pag.* 79. Idem factum narrans Wesembeek *pag.* 138. dicit cives, qui eos salvaverant, id fecisse cum periculo propriæ vitæ, plebemque mansisse circà domum, ubi occultabantur, donec turbatâ etiam desuper civitate Officiarius loci de mandato Orangii eos captivos duxerit: additque eos interrogatos deinde navi dimissos fuisse. Sicque turbæ cessârunt. Similes autem tumultus, inquit Wesembeek, ex levioribus causis exoriebantur indies, propter diffidentiam, quæ inter Cives regnabat.

Tumultus in Kiel.

15. Aug. Tandem sectarii prætextu, quod Drossardus Brabantiæ, qui domum suam habebat in Merxem, omnia pararet ad ipsos aggrediendos in conventiculis forensibus; quod jam varii currus armis onusti transvecti essent in Merxem; & in circumjacentibus monasteriis eum in finem paratos haberet occultatos milites; statuerunt imposterùm prædicationes suas peragere in civitate, quibuscumque contranitentibus; diesque

Sectarii statuunt prædicare in Civitate sed frustrà.

diesque statuta est 15. augusti in festo B. Mariæ, quâ Hermannus Stuyker Zuollanus Calvinistarum minister turbulentissimus jactaverat se primum prædicaturum. Locum delegerant juxta forum equorum ad *Hessen-huys*, ubi suggestus jam paratus erat. Agentibus autem Orangio & Senatu, indicantibus brevì expectari responsum Regis ad libellum supplicem Nobilium, & alias rationes proferentibus, ægrè inducti sunt, ut hactenùs foris prædicarent. Itaque dicto die, quo de mandato Senatûs sex Gildæ antè solis ortum paratæ erant in armis ad obviandum tumultui, qui timebatur, iterùm armati ad consuetum locum exierunt sectarii, & Hermannum prædicutium eò duxerunt inter armatos, non obstante multâ pluviâ. Wesembeek *pag.* 141. Antw. Chron. *pag.* 81. **Anno 1566. 15. Aug.**

Ministri in prædicationibus vehementer declamabant contra Ecclesiam catholicam, contrà Pontificem & alios Ecclesiasticos, contrà Missam, Sacramenta & alias cœremonias, & notanter contrà cultum Sanctorum, quem idololatriam insimulabant: ideoque Imagines tamquam Idola fugiendas clamabant, non animo solùm sed & corpore, adeoque destruendas esse. En qualiter ipsimet prædicutii Antverpienses id fateantur in Libello supplici per eos Regi oblato 27. octob. hujus anni 1566. *Mais encores, que les Ministres en leur Predications ayent toujours fait grand debvoir d'exorter le peuple à toute modestie, reverence & obeisance deue au Magistrat, & en prechant nomement de l'idolatrie, l'ayent admonestè de se contenir au borne de sa vocation, sans usurper l'office du dit Magistrat en s'avançant d'abattre les Images ou choses semblables &c.* Quis non videat, hanc continuò iteratam dehortationem **Incitant populum contrà Imagines.**

 fuisse

Anno 1566. 18. Aug. fuisse efficacissimam exhortationem. Hinc etiam plebei exhortationem intelligentes eam ad effectum ducere cœperunt.

Injuriosa peracta in Processione.

Itaque Dominicâ infrà Octavam Assumptionis 18. augusti solemnis annua habebatur Processio, in qua, comitantibus omnibus tùm cleri tùm populi Ordinibus, solemni pompâ circumferebatur statua B. Mariæ patronæ civitatis. Processio hæc per ordinariam viam sine notabili quidem tumultu peracta est, sed interim in via magnum murmur fuit inter plebeos; multis verborum contumeliis cœremoniam hanc proscindunt; blasphemias & contumelias proferunt in Imaginem B. Mariæ & Clerum; Deiparam *Mariolam Fabri* à Josepho fabro salutant, minanturque hanc ei ultimam fore festivitatem & brevi comburendam ejus statuam; Idololatriam clamant; accendunt animos ministri, fugienda non animo modò sed & corpore Idola, eradicari & extirpari tantam summi Dei contumeliam oportere vociferantur. *Haraus*, *Antw. Chron.* & *Wesembeek*. Hic addit, per aliquos sed paucos jactos ad Statuam fuisse lapillos & glebas. Sic non sine timore ulterioris confusionis peracta fuit hæc Processio.

19. Aug. Discessus Orangii.

Taliter intentionem suam manifestaverant Sectarii; dum sequenti die 19. augusti manè discessit Orangius ad Thomam Thildt Abbatem S. Bernardi, & indè Bruxellas ad conventum Procerum Belgii à Parmensi indictum ad 20. Aug., quo de fœderatorum queremoniis cognosceretur. Justificat Orangium desuper Wesembeek *pag.* 144. dicens, quòd antè discessum pluribus Litteris indicasset Gubernatrici timendum esse, nè in absentia sua acciderent mala, nisi juxtà requisitionem Senatûs sibi substitueret alium è Proceribus aut saltem Vicarium poneret.

Guber-

Gubernatrix autem id differebat & ſcribebat illi, ſufficere pro paucis diebus curam Officiariorum & Senatûs. Diſceſſit itaque Orangius tamquam neceſſitate compulſus; cum tamen Arſchotanus, Arembergius & Meganus, qui geuſiorum ſeſe hoſtes profitebantur, diſcedere, quibus præeſſent Provinciis, inconſultum judicantes, iter diſtulerint.

Anno 1566. 19. Aug.

Diſcedens autem, inquit Weſembeek, monuit Orangius Senatum & reliqua membra officii ſui, eiſque civitatis curam commendavit. Verùm *Antw. Chron. pag.* 90. indicat, indictum fuiſſe Civibus, nè quis ſub amiſſione juris Civium, qualiſcumque tumultus fieret, ſe immiſceret ſine prævio conſenſu Principis Orangii.

Mandatum Civibus nè ſe immiſcerent tumultibus.

Mandatum hoc certè non latuit ſectarios; undè, cum jam campum liberum haberent, præmeditata audacter exequi cœperunt. Et ſicut in Flandria occidentali juxtà Ipras diſcedente Comite Egmondano cœperat Iconomachia, ſic & Antverpiæ diſcedente Gubernatore Orangio.

Cum autem ex indiciis præcedentis diei & diſceſſu Orangii timerentur inſultus, Statua B. Mariæ, quæ pro devotione populi per octo dies ſolebat exponi in navi Eccleſiæ, hoc ipſo die poſt meridiem relata fuit in Chorum ſeu Capellam ei ſacram (alii id referunt factum pridie immediatè poſt Proceſſionem, alii differunt ad diem ſequentem.) Hinc plures, præcipuè juvenes ſcurræ illudentes mutuò petulanter interrogant, quo illa metu tam maturè ſe in nidum ſuum recepiſſet? & alia aliaque injurioſa & infamia proferebant.

Statua B. M. transfertur in Capellam.

Hinc incipit tumultus.

Intereà juvenibus petulanter ludentibus circà ſuggeſtum, cathedram aſcendit unus (ſellarius dicit Surius) qui num fuerit ſtultus, num ſtultum

Petulans quidam aſcendit cathedram.

Anno 1566. 19. Aug. fingens, nescitur inquit Wesembeek. Hic prædicutium agens stulta quædam protulit & injuriosâ in Clerum: dumque, inquit Surius *pag.* 230. aliorum plausibus, aliorum jactis ruderibus lignorumque fragminibus excipitur, & ipse in circumstantes eadem rejicit, crevit tamquam in triviis petulantia. Unde crescente multitudine quibusdam eum detrahere conantibus pedibus restitit, donec Nauta quidam indignatus hominis insolentiam arreptum per gradus dejecit. Adstantes quidam id ægrè ferentes stricto gladio confodere nisi sunt Nautam, qui leniter læsus aufugit: verùm postea captus est, ut ex eo sciretur veritas, sed statim dimissus. Ita Wesembeek *pag.* 145. Verùm Surius dicit, Nautæ brachium sclopeto læsum, quod & indicat Strada dicens: Nauta gliscente rixâ intentas in se multorum manus declinans, brachio plumbeâ pilâ trajicitur. Reliqui metu satellitum, quos adesse succlamatum est, è templo dilabuntur. Portis autem templi clausis eo die ultrà nihil actum est.

Nauta eum dejicit & vulneratur.

20. Aug. Senatus his auditis pejora timens sequenti die 20. augusti, quæ erat dies Martis, Bruxellas misit Pensionarium Wesembeek ad Orangium, sine cujus consensu contrà tumultuantes nihil agi poterat, ad requirendum ejus consilium.

Senatus deputat Bruxellas.

Interim eodem hoc die post meridiem congregabantur in dicta Basilica juvenes scurræ & multi alii, ibidem solitò deambulantes. Tunc iterùm profusæ sunt injuriæ & convitia in dictam Statuam, juvenibus ludentibus, clamantibus & petulantias exercentibus. Interim accrescebat tumultuantium numerus, ita ut custodes volentes eos expellere & portas claudere impares essent. Supervenit Marckgravius *Joanes van Immerseel* cum satellitibus, qui obvios monuit, ut discederent;

Præludia Iconomachiæ ex Wesembeek.

respon-

responderunt autem se priùs velle audire hymnum *Salve Regina*: cumque dictum esset, quod eo die non cantaretur; aliqui replicabant se met cantaturos, cœperuntque hinc indè aliqui intonare psalmum aut cantilenam. Hi statim concentores obtinuerunt. Juvenes pedibus lapillos agitabant, alii jactabant per Ecclesiam, alii in Altaria; & crescente numero crescebat eorum petulantia. Tandem, cum elatâ voce inciperent cantare, ut extrà Ecclesiam audiretur sonus, qui foris stabant, tamquam ad quid novi accurrebant: & sic numerus ita augebatur, ut Marckgravius cum suis, impar ad resistendum tantæ multitudini, discesserit clausis Ecclesiæ portis unicâ exceptâ. Ita Wesembeek *pag.* 146.

Anno 1566. 20. Aug.

Antw. Chron. pag. 86. refert, quod 20. Aug. post Vesperas fuerit in Ecclesia B. M. magnus concursus juvenum & scurrarum, eò quòd in meridie statua B. M. translata esset in locum suum, declamantium toto pomeridiano & catervatim consistentium circà Chorum B. M., circà Odeum & in navi Ecclesiæ: quodque Marckgravio cum satellitibus accedente, eosque expellere volente, circà Laudes vespertinas multitudo sic excrevisset, ut discesserit cum suis Marckgravius: undè audacia tumultuantium sic creverit, ut ante Laudes cœperint catervatim cantare psalmos

Ex Antw. Chron.

Sed addit Author, paulò post advenisse doctorem *Hermannum* præcipuum prædicutium cum quibusdam suis adhærentibus, qui cœperint clamare *vivant Geusii*: quod tunc, cum Hermannus cathedram ad prædicandum conscendisset, omnes simul elatâ voce cantaverint psalmos; quodque Hermannus prædicans multum egerit de Idololatria, & tandem expressè mandaverit, ut omnes imagines & figuras &

Anno 1566. 20. Aug. ornamenta Ecclesiæ dejicerent & confringerent. Verùm num factum hoc subsistat dubitari potest, cum tertio post hæc die Prædicantii obtulerint Senatui Libellum supplicem, de quo infrà, in quo se conantur justificare super iconomachia hoc die peract; de quo nè vel speciem effugii habuissent, si prædictum factum substitisset.

Strada, qui extrà patriam scripsit, dicit pag. 231. : Duodecimo Kalendas septembris auctæ impiorum catervæ templum ingrediuntur occultatis telis, quasi post leves aliquot incursiones præcedentium dierum de rei summa peracturi, atque expectato vespertinarum precum fine, inconditis vocibus conclamant *vivant Gheusii*; quin etiam eandem acclamationem secum iterare ipsum beatæ Virginis simulacrum jubent; nî faciat, plagas ei & interitum insanè minantur. Nec *Joannes Immerselius* urbis Prætor, qui ad turbam componendam accurrerat cum aliquot apparitoribus, effecit, nè non illi, digrediente populo ac tumultum declinante, clausis intereà valvis, victores templum soli obtinerent.

Ex Strada.

Iconomachia in Eccl. B. M.

Rebus sic constitutis, inquit Wesembeek, cœperunt turbulenti invicem concitare ad dejiciendam unam aut alteram Imaginem; cumque maximè exacerbati essent in Imaginem B. M., quæ antè duos dies in Processione lata fuerat per plateas, quidam primò Capellam invaserunt ac dictam statuam dejecerunt & confregerunt: quo facto mirâ rabie & celeritate processerunt, & tantorum manus egerunt, ut antè mediam noctem omnia sacella tantæ Ecclesiæ invasa sint, Altaria (quæ circiter septuaginta fuisse asserit Metrius) confracta, Imagines dejectæ, & omnia destructa, annihilata & corrupta: tantâ, inquit Strada, in scelere concordiâ

provi-

proviſuque, ut partiti inter ſe operas aptè viderentur. Anno 1566.

Ad particularia deſcendens Strada, perventus, inquit, ac prægrande Chriſti Domini ſignum è cruce pendentis inter duos latrones contrà Aram maximam inductis funibus moliuntur ad terram ac bipennibus diſſecant diſtrahuntque, intactis utrimque latronibus, quaſi eos unicè venerarentur, optarentque ſibi propitios deos. Quin etiam auſi in ſacram panis cœleſtis Arcam inferre pollutas manus, detractum inde ſacroſanctum Domini Corpus pedibus ſubjiciunt. Pyxidem ac reliquos è ſacrario Calices vino, quod fortè reperiunt, per laſciviam complent exſiccantque; ſacro Criſmate calceos inungunt; omnium rerum detrimenta poſtremò ludibriis cumulant. Ita Strada *pag.* 231. 20. Aug. Quædam particularia ex Strada.

Addit *Antw. Chron. pag.* 88. organa confracta, ornamenta ſacerdotalia diſſecta & corrupta, furto ablata vaſa ſacra, calices, ciboria, monſtrantias, omnia denique monilia & argentea vaſa, confractis etiam truncis & ciſtis tulerunt omnem pecuniam: ita ut deſtructio deſcribi nequeat, nec damnum illatum ullis ſummis comparari. Tandem indicat etiam deſtructas ſanctorum Reliquias expoſitas in ſummo altari, & confractam pretioſam Lipſanothecam ſeu capſam repletam Reliquiis, quæ circumferri ſolebat; & ſacratiſſimum Chriſti PRÆPUTIUM, quod hîc ultrà quatuor ſecula ſummâ veneratione conſervatum fuerat, ablatum fuiſſe per prædictum *Hermannum*. Ex Antw. Chron.

In hanc rem facit, quod deſuper ſcribit Wichmans *Brab. Mar. pag.* 357.: Retulit, inquit, mihi vir magnus inter eccleſiaſticos primæ dignitatis atque omni exceptione major, ſe à viro itidem probo & catholico Ablatum S Præputium

Anno 1566. 1. Aug. (cui fides tutò adhiberi potest) audivisse, præputium hoc Ecclesiæ Antverpiensis à quodam ministro hæretico in pala annuli dudum Middelburgi Zelandiæ fuisse delatum, qui id ipsum ex ecclesia sacrilegè rapuerat. Præfatus autem catholicus nomine *Marcellus Everſdyck* pretio illud idem redimere destinabat, nisi imposturam timuisset. Ita *Wichmans*. Verùm num Reliquio-theca ista hâc occasione fuerit confracta & sacrum PRÆPUTIUM ablatum, dubium suggerit Descriptio vernacula civitatis *Lirensis pag.* 321., ubi refertur, Thecam istam, in qua S. Præputium, capita SS. Cosmæ & Damiani & aliæ Reliquiæ servabantur, soluisse quotannis deferri Liram ad festum Dedicationis, idque ultimâ vice factum fuisse anno 1570. (vide suprà ad an. 1481.) Quod si verum sit, certè seriùs ablatum fuit sacrum Præputium. Fortè dum deinceps Antverpia per annos plures sub jugo hæreticorum gemuit.

1. Aug. In aliis Ecclesiis & monasteriis. Peractâ circà mediam noctem destructione & spoliatione in Ecclesia matrice, caterva scurrarum & juvenum, inquit Wesembeek, cum sociis cucurrit ad alias civitatis Ecclesias, monasteria & Capellas; & in eis eadem perpetrârunt, sicut & ergà cruces & Imagines, quas reperiebant in plateis & ante domos. Quæ omnia tantâ rabie & celeritate perficiebantur, ut, antequam dies elucesceret, nulla esset Ecclesia, monasterium aut Capella, in quibus non omnia dejecta, confracta & corrupta essent. Addunt *Surius* & *Antw. Chron.* quod in monasteriis non tantùm eadem peregerint in templis, sed fugatis monachis etiam in ipsis monasteriis omnia disperdiderint & spoliarint, & quoad comestibilia, quæ devorare non poterant, destruxerint & corruperint.

Manè

Manè portis civitatis apertis, inquit Wesembeek, quidam necdum satiati exierunt ad similia perpetranda in templis & monasteriis circumjacentibus. Et primò tenderunt ad Abbatiam S. Bernardi & dein ad pagos & Capellas circum civitatem, omnia ubique devastantes. In quo duos dies & ultrà insumpserunt. Baro Le Roy notat, hâc occasione combustam fuisse Ecclesiam Parochialem S. Willibrordi in suburbio nostro. Anno 1566. 21. Aug. Circum Antverpiam.

Socii autem illorum, inquit Wesembeek, qui in civitate manserant, non cessabant toto hoc die cursitare per Ecclesias, monasteria & Capellas ad confringenda, quæ hactenùs intacta erant. Imò aliqui in facinore perseverabant 22. & 23. augusti, nè quid integrum mansisset. Verùm *Antw. Chron. pag.* 90. notat, quod 21. augusti manè seditiosi cumulatim redierint ad Ecclesiam B. Mariæ & confregerint, quæ præcedenti nocte intacta reliquerant; & tentarint ehordis detrahere magnificam Crucem, quæ erat super Odeo, quod demùm tertiâ die perfecerunt; quodque etiam tunc dejecerint & confregerint artificiosas figuras duodecim Apostolorum expositas ad singulas columnas. Iterum in Civitate.

Omnia hæc peracta sunt, inquit Wesembeek, absque eo quod ex parte cujusquam impedimentum poneretur. Senatus pejora timens hærebat in Curia, & primâ nocte forum munierat per Gildas & alios armatos Cives, quod dein etiam fecit in pluribus plateis & regionibus civitatis & ad quasdam Ecclesias. Nullus obstitit.

Certè, inquit Haræus *Annal. Duc. Brab. Tom. II. pag.* 50., nemo sese contrà eos toto triduo seriò movebat. Causa ferebatur, quod apertâ machinatione Nobilium fœderatorum (qui passim ubique suos, sic & Antverpiæ Quare.

Pensio-

Anno 1566. 1. Aug. Pensionarium Wesembekium, aliosque habebant) tum & tacito favore Orangii & sociorum Procerum ista fieri satis constaret; atque ita non temerè civibus contrà cives ad arma ruendum esse plures ratiocinabantur. Aliam rationem indicat *Antw. Chron.* pag. 90. quod nempè ante discessum Orangii indictum esset, nè quis civis sub pœna amissionis juris civium sese immisceret, qualiscumque tumultus fieret, sine consensu Orangii. Jam autem in promptu non erat Orangii consensus, cùm esset Bruxellis; & sic nihil agi poterat.

Iconomachia fuit generalis in Belgio. Sicut autem hîc Antverpiæ, sic eodem hoc tempore penè ubique in Belgio Iconoclastarum furor efferbuit. Lovanium & Provinciæ Walonicæ liberæ manserunt, ut refert famosus Joan. Molanus Theologus Lovaniensis in opere suo *de Picturis & Imaginibus sacris*, conscripto occasione præmissorum, & vulgato quarto post hæc anno 1570., in cujus epistola dedicatoria ad *Cunerum Petri* Episcopum Leeuwardensem, agens de fidelitate Pastorum in hac occasione, hæc scribit.

Exceptis Lovanio. &c. „Anno verò sexagesimo-sexto cum hujusmo„di rebellio tanto furore plerisque locis erum„peret, quod ipse satanas solutus videretur, „non scio vel unum ex hac schola à catholica „fide defecisse vel in ea nutasse aut etiam eam „dissimulasse...

„Quid verò de iis, qui ecclesiis præerant, „hæresi non infectis? quales erant Lovanienses „& circumvicinæ; omnes etiam per Arthesiam, „per Comitatum Namurcensem & per totam „ferè Hannoniæ regionem aliæque permultæ. „Iis in locis Pastor & subditi pro afflictis ca„tholicis preces ad Deum fundebant & à se „Iconoclastarum rabiem & omnem hæresim de„precabantur. Unde cum hæreticorum furor & „clamor insaniret contrà Lovanium, studiorum „piam

„ piam matrem, non solum (non) Lovanium Anno
„ sed nec ullam circum circa adjacentem eccle- 1566.
„ siam, attigit violenta illa & satanica Icono- 21. Aug.
„ machorum rabies." Ita Molanus.

Generalem hanc Iconomachiam, revolutionem & subsecutas indè calamitates adscribit JOAN. MIRÆUS Episc. Antverpiensis, in Oratione ad Synodum diœcesanam anni 1610., ultioni divinæ ob vilipendentiam statutorum Concil Trid. in Clero, dicens: „ Quinto & sexagesimo „ elapsi seculi anno sacrosanctæ Tridentinæ Sy- „ nodi decreta sunt promulgata: in quibus „ dum ecclesiasticæ vitæ professoribus displicent „ plurima, nec æquis animis paterentur licen- „ tiam suam tam piis constitutionibus coërceri: „ ac proinde flocci penderent, quod Ecclesiæ „ orthodoxæ & orbis Senatus summo judicio & „ auctoritate statuisset, justus mox ultor adfuit „ Deus: anno enim proximè sequenti perpauci „ atque ii obscurissimi vilissimique nebulones „ augustissimum hoc nostrum Deiparæ tem- „ plum, aliaque hujus & aliarum urbium loca „ sacra, confractis Divorum imaginibus, ever- „ sisque altaribus, insolentissimè diripuerunt ac „ profanârunt." Hæc *Miræus*.

Iconomachia adscripta ultioni divinæ.

Diximus suprà Senatum 20. aug. misisse Bruxellas Pensionarium Wesembeek ad requirendum consilium Orangii: die autem 21. post primum Iconoclastarum furorem miserat eò D. Joan. de Pape ad indicanda tùm Orangio tùm Gubernatrici pridie peracta. Wesembeek verò rediit 22. aug. summo mane: consilium autem, ad quod requirendum missus fuerat, nullum attulit. Orangius, qui jam sciebat præmeditatum opus Antverpiæ peractum esse, responderat, separatum esse redire, si Gubernatrix hoc ei injungeret; sed non videre, quid servitium suum ibidem prodesset, cum facere nollent, quod

22. Aug.

Wesembeek refert Responsum Orangii.

Anno 1566. 22. Aug. quod, necessarium judicabat. Negaverant enim conscribere mille ducentos cives tamquam milites domesticos, quod necessarium judicaverat. Ita Wesembeek *pag.* 149.

Calvinistæ statuunt prædicare in ecclesiis. Cum itaque scirent sectarii nullum mandatum à Principe venisse, & hactenùs nulla oppositio facta fuisset; crescente inde audaciâ, tamquam victores statuerunt occupare templa, & hoc ipso mane decreverunt prædicare in duabus ecclesiis. Senatus id resciens mandavit Pensionario Wesembeek, ut id, si possibile foret, impediret, ac quosdam præcipuos sectarios & ipsos prædicutios suo nomine requireret, ut à proposito desisterent. Wesembeek, qui hæc narrans multum extollit probatam fidelitatem suam in exequendis similibus mandatis, respondit, se nescire, ubi illos inveniret: se quidem huc, illucve per unum aut alterum ductum fuisse, quando ad illos perferenda habuerat mandata Principis aut Senatûs, sed se nescire ipsorum domicilium; se tamen omnem diligentiam adhibiturum.

Hermannus Modet prædicat in B. M. Exiit itaque Wesembeek, quæsivit & neminem invenit. Audierat autem statutum esse, quod eo mane horâ octavâ *Hermannus Modet* prædicaret teutonicè in Ecclesia primaria, & *Joan. Taffin* (Tornacensis, anteà predicutius Metis in Lotharingia, de quo vide D. Paquot *Mem. litt. tom.* XI. *pag.* 167. *& seqq.*) horâ decimâ in S. Walburgis gallicè, idque facerent ad cives pacificandos & inducendos ad obedientiam. Speciosi sanè tituli! Retulit hæc Wesembeek ad Senatum, qui cum sciret, populum jam congregari in Ecclesia matrice & timeret nè prædicutius jam cathedram conscendisset, illum eò remisit, ut videret, num adhuc quid boni efficere posset. Obviam habuit in via prædicutium *Taffin*, cui desiderium Senatûs & prædictam

dictam requisitionem intimavit. Is respondit, se dolere, quod requisitionem Senatus citius non scivissent; quod tamen congregatio hæc non serviret nisi ad pacem communem & securitatem incolarum, eò quòd intenderent monere ad restituenda ablata ac ad modestiam & obedientiam; (ecce qui met non obediebant, prætexebant inducere obedientiam!) quòd jam serò esset ad differendas prædicationes, cum *Hermannus* jam inde cathedram ascendisset, & prædicatio illius subitò abrumpi non posset. Rogante interim Wesembeek simul iverunt ad ecclesiam, & Hermannum jam in suggestu existentem rogaverunt ex parte Magistratus, ut à prædicatione cessaret. Respondit, id fieri non posse sine turbis; se tamen facturum pro posse, & loco prædicationis facturum brevem tantùm monitionem & peractis precibus dimissurum auditores; quod & fecit: protraxerat tamen preces & finitis illis dixerat se iterum prædicaturum post meridiem horâ secundâ; quod etiam fecit, licèt agente Senatu promisisset, se id non facturum.

Anno 1566. 22. Aug.

Verùm *Taffin* ad dictam requisitionem non prædicavit in S. Walburgis nec mane nec post meridiem, licèt populus ibidem utrâque vice congregatus esset. Wesembeek iteratò dicit se ex hac commissione sua, tam laudabiliter ut præfert peracta, à Senatu gratias retulisse.

Nic. Burgundus in sua *Historia belgica edit. Ingolstadiensis an.* 1633. 8. *pag.* 216. insinuat cæteros prædicutios convolasse ad alias Ecclesias ibidemque dixisse. Verùm alicubi stratagemate abacti sunt. Unum refert *Burgundus* loco citato. „Fortè, inquit, ministrorum „quidam monasterium S. Claræ concionaturus „intravit. Claudebantur in eo Virgines, quæ

Prædicutii stratagemate abacti.

Apud Clarissas.

„ex

Anno 1566. Aug.

„ ex severissima disciplina sanctissimis moribus „ vitam instruxerant. Ad conspectum ministri „ omnes quasi fulmine ictæ procidebant in ter„ ram, pronisque perseverabant jacere capitibus, „ cum ille attonitus seu propriâ conscientiâ, „ seu novitatem facti stupens, vocem non in„ venit : & ab astantibus dicere jussus, cum „ semel iterumque frustrà tentasset, pudore „ correptus monasterium destituit." Ita Burgundus.

In Hospitali.

Alio stratagemate abactus est prædicutius in Hospitali S. Elizabethæ, ut traditio constans illic refert. Prædicutius dicebat in ægrotorio. Duæ moniales, quæ erant in ægrorum servitio, quod diu noctuque non cessat, auferebant vas plenum fecibus. Dum transibant ante suggestum, cadebat vas & diffluebant sordes. Sorores incipiebant altercari & non sine clamore mutuò exprobrare, quod in causa essent. Interim domus implebatur fœtore. Prædicutius non ferens fœtorem nec altercationem monialium cessavit, abivit & non redivit. Verùm num hæc stratagemata acciderint hoc tempore, num post annum 1579., dum Antverpia tota erat sub jugo heterodoxorum, non liquet.

23. Aug.

Wesembeek deputatur Bruxellas.

Sequenti die 23. aug. Senatus deputavit Pensionarium Wesembeek Bruxellas ad Gubernatricem & Orangium, requirens, ut Princeps citò redeat, & promittens, se ei salvis privilegiis in omnibus pariturum & permissurum conscriptionem militum domesticorum ex civibus.

Furto ablata mandantur referri.

Intereà eodem die Senatus Edicto mandavit, ut qui furto ablata haberent, ea intrà viginti quatuor horas referrent sub pœna suspendii; & sub eadem pœna, nè quis ultrà quidquam constringeret. Verùm nè tumultus fieret, antequam edictum illud publicaretur, voluit Senatus id

indicari

indicari sectariis eosque moneri, ut suos continerent, eorumque petulentiam in confringendis imaginibus increparent. Ad quod exequendum ante decessum suum eos induxit Wesembeek. Huic autem commissionem suam exequenti tres prædicutii ad hoc congregati inter alia responderunt, dictam iconomachiam se insciis fuisse peractam; se eam improbare tamquam factam sine auctoritate, verùm diuturnam idololatriam (sic vocabant cultum Sanctorum) talem pœnam satis meruisse &c.; & se in scriptis ipsâ die responsuros. Hinc illâ die dilatus fuit discessus Pensionarii.

Anno 1566. 23. Aug.

Indicatur sectariis

Interim dum hæc agebantur, quidam iterum irruperunt in ecclesiam matricem, & excelsam Crucem super odeo expositam, quam, quia ferris nimiùm fixa erat præcedentibus diebus dejicere non potuerant, ruptis tandem limando ferris detraxerunt & confregerunt. Tandem, cum nihil sacri superesset, cœperunt etiam scuta Regis & Equitum aurei velleris dejicere & confringere. Verùm Senatus eò missis quibusdam è Collegio cum Officiariis & armatis, fugatis reliquis decem aut duodecim captivos duxit, ex quibus post reditum Orangii 28. aug. tres in foro suspensi sunt, tres relegati & reliqui aliàs puniti. Ita Wesembeek *pap.* 155. Verùm *Antw. Chron. pag.* 91. refert, quod antequam relata in dicta ecclesia peragerentur, *Hermannus* iterum ibidem prædicaverit & post prædicationem infantem baptizaverit.

Iconoclastæ dejiciunt crucem in B. M.

Item scuta Regis &c.

Prædicutii vesperi promissum responsum tulerunt ad Curiam, tradideruntque in manus Burgimagistri *Jac. van der Heyden* & Pensionarii *Wesembeek*. Scriptum illud subjungo ex copia Ms.

A MESSIEURS les Bourgemaistres, Eschevins & Conseil de la Ville d'Anvers.

Responsum seu supplica sectariorum.

Messi-

Anno 1566. 23. Aug. *Messeigneurs nous protestons en verité comme devant Dieu, que ce, qui a esté faict quant à l'abolition des Images, a esté sans nostre sceu & adveu.*

Quant aulx larrecines, pillages, ivrogneries & aultres dissolutions & insolences, qui sont ensuivies, nous les blamons & detestons. Et pourtant les Ministres de la parolle exhorteront, comme ils ont desja faict, leur auditeurs ès predications, qu'on s'en abstienne entièrement, & qu'on reporte en vos mains ce, qui a esté pillé & desrobé.

Ceulx de nostre Eglise sont prets de rendre toute obeissance à vous seigneuries pour s'opposer soubs vostre commandement à tous saccagements, violences, voleries & autres insolences.

Nous vous recoinnoissons estre establies par le Seigneur en office de Magistrat, & pour tant sommes obligés de vous obeir, non seulement pour crainte d'estre punis, mais aussi pour la conscience. Et par consequent devons & voulons fidelement payer tailles, gabelles, imposts, subsides, disrnes & aultres charges, qui nous feront imposeés, ordinaires & extraordinaires, confessans que ceulx, qui refuseront ou feront fraude en cest endroit, offenseront Dieu & seront punissables par vos siegneuries.

Pour plus grande asseurance de ce que dessus les Ministres de la parole & aultres Commis à la conduite de l'eglise sont prets, s'il est besoing, de faire serment en vos mains, de vous estre fideles & obeissans en toutes choses selon Dieu & sa parolle, pour la conservation, bien & utilité des bourgeois & manans de la ville, & d'y entretenir le peuple en tant, que leur sera possible.

Petunt sibi assignari templa. *Supplians au reste, que soubs vostre autorité & protection puissions nous assembler en quelques*

temples

temples propres & capables pour l'exercice de nostre religion. Et ne prendre de mauvaise part, si nous nous servons de quelques uns selon la necessité presente, en attendant, que vos seigneurries y ayant pourveu. Cependant nous ne pretendons de forcer aulcun en sa conscience ou contraindre à notre religion; nous nous contentans & louans Dieu d'avoir moyen de servir Dieu selon la notre: & estimans que vous seigneurries pourvoiront à ce, que les uns & aultres ayent matiere de contentement. Anno 1566. 23. Aug.

Quil vous plaise faire donner ordonnance, qu'on n'ayt à injurier ni autrager l'un l'aultre pour le faict de la religion. Le XXIII. *d'Aoust.* 1566. *Presenté au nom des Ministres & Commis à la conduite des eglises tant flamengue que franchoyse.*

Cum autem Libellum hunc offerrent, dixit eis Pensionarius, se illum examinandum delaturum ad Collegium, illis indicens ex parte Senatûs, ut absque eo, quòd illis permitteretur aut conniveretur occupatio ullius ecclesiæ, omninò abstinerent ab occupatione Ecclesiæ matricis & S. Georgii. Post examinatum autem in Collegio scriptum respondit Pensionarius Prædicutiis in scriptis, monens eos, ut ultrà prædictas ecclesias etiam abstinerent ab Ecclesiis *S. Jacobi* & *S. Michaëlis*. Illud suum scriptum non refert Wesembeek; puduit certè ipsum illud referre: verùm alius hæterodoxus Anonymus illud dedit in libello, cui titulus: *Recueil des choses advenu en Anvers touchant le fait de la Religion en l'an MDLXVI.* quem è sua Bibliotheca communicavit D. Verdussen hujus Civ. Scabinus. In eo autem Wesembeek totum affectum suum pandit, ut patebit legenti. Occupatio quatuor templorum prohibetur sectariis.

MESSIEURS apres avoir fait rapport de la bonne volontè monstrée sur ce, qui vous à esté propo- Epistola Pensionarii desuper.

Anno 1566. 23. Aug. *proposé, ensembles de l'escrit ce soir exhibé, comme je fuz contraint incontinent me partir pour la cause que sçavez, ceus du magistrat pour certain respects & praignantes avertances depuis survenues, m'ont commandé, que outre les Temples de* Nostre-dame *&* S. George *ce jour denommez, on se veulle pareillement, pour le present, abstenir de deus autres à sçavoir de* S. Jacques *&* S. Michel. *La quelle obeissance sera au Magistrat tres aggreable & montrera vostre bon vouloir. A tant me recommendant feray fin. En tres grande haste ce 23. d'Aoust 1566. Le tout vostre Jaques de Wesembeke Pensionaire d'Anvers.*

24. Aug. Cessat hic Wesembeek tractare particularia civitatis Antverpiensis: verùm prædictus Anonymus dicit, religionarios, ex dicta prohibitione occupandi quatuor prædictas ecclesias; concipientes Magistratum saltem per conniventiam toleraturum occupari per eos ecclesias reliquas, Flandros prædicâsse sabbato 24. augusti in S. Walburgis, & Gallos intendisse eodem die idem apud Prædicatores.

*Prædicant sectarii in S. Walburgis.

Verùm (pergit idem auctor) eodem die antè meridiem duo Nobiles venientes Bruxellis ex parte Principis indicârunt abstinendum esse ab omnibus templis, & Senatum posse tolerare conventicula in Nova-civitate. Sed cum Flandri in magna copia jam congregati essent in S. Walburgis, satiùs judicatum est, non impedire prædicationem hoc mane, eâ conditione, ut post meridiem irent ad novam-civitatem. Walones autem, cum necdum intrassent Ecclesiam Prædicatorum (portæ enim tenebantur clausæ) quando prohibitio indicabatur, congregati sunt ipso mane in nova-civitate ibidemque prædicationem fecerunt. Dicit *Antw. Chron. pag.* 92. eo die tres prædicutios in nova-

Dimittuntur ad Nieuwstadt.

nova-civitate calvinismum prædicasse, & concessum fuisse D. Frans subsidiario in *Kiel* prædicare confessionem Augustanam in S. Georgii: id autem non consentit cum relata inhibitione, nisi fortè inter sectarios non reputaretur. Anno 1566. 24. Aug.

Prædictus Anonymus dicit Antverpiam hoc tempore totam turbatam fuisse tùm propter peractam Inconomachiam tùm propter prædicationes publicas, quæ fiebant missarum loco; ita ut tota civitas continuò esset in armis, portæ civitatis & officinæ clausæ.

Interim Aula Bruxellis quærens medium efficax, quo impediret Iconomachiam & direptionem ecclesiarum ac piorum locorum, declarat Iconomachos habendos ut publicos grassatores, & quibusvis facultatem concedit eos trucidandi; addens eos inde non tantùm non subituros pœnam, sed laudem, præmium & honorem inde relaturos. Decretum desuper datum est Bruxellis 25. aug. 1566. & transmissum ad omnes Provincias: ex cujus originali impressione hæc subjungo. 25. Aug. Licentia trucidandi Iconomachos.

BY DEN CONINCK.

Onsen lieven ende ghetrouwen den Cancellier...: Alsoe eenighe oproerighe ende sedicieuse... Decretum Regium desuper.

Soe eest dat Wy... verbieden ende interdiceren wel ernstelijcken allen ende eenen eyghelijcken in't besundere eenighe Kercken, Cloisteren oft andere Gods-huysen in onsen voirseyden Landen van herwarts-overe te beroeven, plunderen, pilleren, bederven oft verbranden directelijck oft indirectelijck. oft daer toe eenighe hulpe oft bystant te doen by hen selve oft by anderen mit hueren wete, oft yet van daer te draghen oft nemen op pene van der galghe ende van confiscatie van goede, daer confiscatie stadt grypt.

Anno 1566. 25. Aug. *Verclarende sulcke luyden voir kerck-scheynders oft roovers, openbaere diefven, vyanden van God, van Ons ende van den Lande : de welcke Wy eenen eyghelijcken toelaeten doot te slaen, niet alleenelijcken vryelijcken ende sonder punitie, maer oick met loff, prys ende eere, ghelijck men doet ende useert teghens den ghemeynen vyanden van den Lande ende openbaere grassateurs.*

Voirts meer ... dat alle ende een yeghelijck ... ghehouden sullen worden terstont ter hulpen ende weere te loopen ... op arbitrale pene ... Ghegeven in onser stadt van Brussele ... den vyfventwinchsten dach van Augusto xvc. *sessensestich. By den Coninck in sijnen Rade.* *D. Overloepe.*

26. Aug. Die 26. augusti sub vesperam rediit Bruxellis Antverpiam Orangius. Primum quod illi se offerebat, erat novus Geusiorum libellus, in quo exhibebant ea, de quibus occasione præcedentium tumultuum accusabantur. „Querebantur, inquit *Haraus*, gravissimorum sese „criminum reos magnâ injuriâ fieri : esse eum „multorum sermonem, uti concionibus concitatos à se homines ad Idola subvertenda (sic „imagines Christi & Sanctorum vocabant) „affirmarent : accusari se præterea, quod „Magistratui auctoritatem minuerent ; de Curia „invadenda, Magistratuque movendo delibe„rassent : illud postremò ad gravem suam „contumeliam adferri, uti in posterùm nullum „Romanæ Religionis ministerium passuri dice„rentur ; Deum sese hominesque testari, ea„rum rerum ad se culpam nullam pertinere : „Orangii Magistratûsque id officium esse, uti „nè innocentissimorum hominum famam ad „certam præclarissimæ urbis contumeliam vio„lari patiantur ; paratos se repetitis quoque „sacramentis regali Majestati Regis Hispaniarum, „ut

Redit Antverpiam Orangius.

Calvinistæ ei offerunt Libellum.

„ ut Duci Brabantiæ, (verba sunt Libelli) Anno
„ suæ Excellentiæ uti Vicecomiti, Magistratui- 1566.
„ que fide obstringere. Quas equidem res cum 26. Aug.
„ offerrent, tùm id committi non debere, uti
„ templis cœmeteriisque, quæ jure ad Cives
„ pertinent, boni cives arcerentur." Num sectarii hæc verè in animo habuerint, judicari poterit ex eis, quæ deinceps hìc Antverpiæ egerunt, præcipuè circà annum 1580.

27. Aug.

Orangius, cum recepisset hunc libellum, per duos Nobiles jussit requiri Religionarios tam flandros quàm gallos, ut quique quatuor deputatos qualificatos & mercatores deligèrent, cum quibus continuò posset agere ad pacificandos homines utriusque religionis. Ad hoc electi sunt pro parte flandrorum *Marcus Perez*, *Carolus de Bomberge*, *Hermannus van der Meere* & *Cornelius de Bomberge*. Et pro parte Walonum *Franciscus Godin*, *Joannes Carlier*, *Nicolaus du Vivier* & *Nicolaus Sellin*. Cum autem hi deputati commissionem hanc acceptare nollent, nisi Princeps declararet id fore pro servitio Regis, & nullatenùs imposterùm in suum proprium gravamen, declaravit id Princeps per Actum datum 28. augusti, relatum per prædictum Anonymum.

Requirit Deputatos illorum.

Nominantur.

28. Aug.

Promittit illis securitatem.

29. Aug.

Itaque cum his deputatis ex parte calvinistarum tamquam cum victoribus cœpit tractare Orangius. Et in prima conferentia 29. augusti proposuit illis quindecim Articulos, quos cum responsionibus calvinistarum & apostillis Orangii, datis 30. aug., sic refert prædictus Anonymus.

Tractat cum illis.

Art. I. *De point empescher les Papistes de pouvoir retourner en leurs Eglises, & y faire tel exercice de leur Religion, comme ils trouveront convenir.*

Articuli propositi. Responsa Calvinistarum & Apostillæ.

Anno 1566. 30. Aug.

Art. II. *Qu'ils ne pourront prescher en aucune eglise, mais seulement en la Nouvelle-ville ès places, qui leur seront designées.*

Nulla Templa occupent Calvinistæ.

Resp. *Combien que les Temples soyent communs à toute la Bourgeoisie & non particuliers aus Papistes, toutesfois nous promettons, ne prendre, ny occuper par force, ne violence aucun d'iceus, ne troubler, ny empescher les Papistes en l'exercice de leur Religion. Supplians neant-moins vostre excellence, nous assigner quelque temple d'iceus pour l'exercice de la nostre: ayant esgard à la multitude & au droit, que nous y avons comme Bourgeois; le quel nous ne pouvons avoir perdu pour avoir embrassé la doctrine de l'Evangile.*

Apost. 1. *Son Excellence accepte la promesse en cest endroit faite par les remonstrans.*

2. *On ne peut presentement plus avant accommoder aus supplians pour plusieurs respects, ausquels il faut necessairement avoir esgard: mais on leur designera & prestera incontinent trois lieus à la Nouvelle-ville, les quels ils pourront facilement approprier & accommoder pour l'exercice de leur presches & religion, jusques à tant que par la resolution de sa Ma. avec l'advis des Estats generaus on scaura selon quoy se reigler.*

Art. III. *Qu'il n'y aura que deux Prescheur natifs du pays.*

Circà numerum Ministrorum.

Resp. *Nous prions, que le nombre des ministres soit selon la multitude du peuple, & que pour la necessité presente nous en soit ottroyé pour le moins huict pour l'eglise flamengue, & trois pour l'eglise Walonne. Au reste nous accordons, que les ministres de la parolle, soyent natifs du pays, subjects de notre Roy, ou receus bourgeois en quelque bonne Ville de pardeça. Supplians toutesfois que tant & si longue-*

guement, qu'il sera permis à quelques autres d'en avoir d'autres, nous aussi jouissions de la mesme liberté. Anno 1566. 30. Aug.

Apost. *On leur passera, quils ayent trois presches à la fois, deux en Thioys & un en Françoys, à la quelle fin ils pourrons tenir trois prescheus emsemble. A l'assistance des quels ils pourront s'aider d'autres trois, pour en faute ou maladie des autres prescheurs leur seconder & servir ès autres ministeres & occurrences, sauf que nul ne soit estranger : & en outre pourront avoir les autres officiers de leur consistoire.*

Art. IV. *Qu'ils ne pourront porter aucunes armes aus presches, & deposeront aus mains de Monsieur le Prince toutes armes defendues.*

Resp. *Quant au premier poinct, nous croyons, que son Excellences n'entend point, qu'il ne soit libre à un chacun de porter espées & dague; & qu'il ne baillera plus ample liberté aus autres, que des dictes espée & dague. Et quant au secund poinct, qui est de deposer touttes armes defendues entre les mains de Monsieur les Prince, soubs correction semble, qu'une telle proposition concernante les privileges de la Ville, doit estre faict en general à tous bourgeois & manans de ceste Ville.* Circà delationem armorum ad prædicationes.

Apost. *Qu'ils ne pourront aller, ne se trouver à leurs presches, assembl es ou exercices de leur religion avec quelques hacquebutes, pistolles, hallebardes ou autres armes defendues; biens entendu qu'on ne fera empechement ou obstacle à ceus, qui voudront porter espée & poignart seulement.*

Art. V. *Qu'ilz exhiberont un catalogue de tous ceus de leur eglise, & que Monsieur le Prince les feroit venir vers luy pour sçavoir* Circà deationem nominum sectariorum

Anno 1566. ·. Aug.

sçavoir d'eus, s'ils avouent le dict catalogue.

Resp. *D'autant, que la liberté, dont nous jouissons presentement, n'est point confermée par le Roy & les Estats generaus, & que pourtant plusieurs feront difficulté de bailler leur nom par escript; joinct aussi, qu'il seroit fort difficile, d'en faire le catalogue ainsi, que son Excellence le desire, pour la grande multitude du peuple: nous la supplions, ne vouloir prendre de malepart, si ne satisfaisons en cecy au desir de son Excellence: mais pour estre aucunement informé du nombre, supplions son Excellence deputer des commissaires pour voir les assemblées.*

Apost. *Son Excellence est contente de temporiser avec ces supplians, & encores supercéder pour quelque tems pour l'exhibition de ce rolle pour les raisons par eus declarées.*

·edicndum ·agistratui.

Art. VI. *D'obeir au Magistrat, & entendre à la conservation de la Republicque, selon qu'il sera ordonné.*

Resp. *Accordé, sauf les privileges & sans prejudice de l'exercice de la religion, qui nous est permis.*

Apost. *Son Excellente accepte l'accord fait sur cest article, leur ordonnant soy conduire selon icelluy.*

·cà seditio- in prædica- ·ne.

Art. VII. *Que les ministres, qui prescheront quelques choses sedicieuses contre le Magistrat ou autres seront chassez & bannis hors de la Ville.*

Resp. *Accordé, moyennant, que les reprehensions de la fausse doctrine & abus des ceremonies & des corruptions quant aus meurs, ne soyent point tenus pour propos sedicieus, & que ce qui sera allegué, soit deuement verifié par personnes dignes de foy & non suspectes, & que tous autres prescheurs soyent subjects à mesme loy.*

Apost. *Son Excellence accepte aussi la responce de cest article, & est son intention & aussi du Magistrat, que tous prescheurs en general de quelque religi-*

religion, qu'il soyent, s'abstinent de toutes invectives, injures & contumelies; ce qu'on commande aussi aus precheurs des supplians & pareillement se commandera à ceus des autres religions. Anno 1566. 30. Aug.

Art. VIII. *Qu'ils ne pourront changer, augmenter, ne diminuer ceus de leur consistoire sans le sceu de Monsieur, ny prendre nouveaus ministres.* Circà assumptionem ministrorum.

Resp. *Pour plus grande assurance de son Excellence, nous supplions, qu'il luy plaise deputer quelqu'un du Magistrat ou autre faisant profession de nostre religion, sur la fidelité du quel vostre Excellence se pourra reposer, le quel assistera à l'election des Ministres, Anciens & Diacres, & á tous affaires, qui se traiteront entre eus pour la conduitte & reiglement de leur eglise.*

Apost. *Acceptant l'offre fait sur cest article, son Excellence deputera & denommera aus supplians quelqu'un du Magistrat aus fins de ceste requeste contenus.*

Art. IX. *Qu'ils ne pourront empescher ne faire violence á autruy pour la diversité de religion; ains leur aider & defendre, si on leur vouloit faire quelque autrage* Circà violentiam inferendam aliis.

Resp. *Accordé moyennant, que les autres promettent le mesme en nostre endroit.*

Apost. *Son Excellence accepte aussi l'accord donné sur cestuy article, & pourvoira avec le Magistrat, que de tous Catholiques soit observé le semblable, dont desia on a commencé de faire bonne demonstrance par la publication faite au jour d'hier touchant l'abstinence d'injures.*

Art. X. *Qu'ils n'empscheront la Justice en chose quelconque, mesmement en l'execution de ces pilleurs d'Eglise.* Ne impediant Justitiam.

Resp. *Accordé, bien entendu, que les voyes legitimes ne leur soyent forcloses.*

Apost. *Son Excellence accepte aussi & accorde la response de cestuy article.*

Anno 1566. 30. Aug.

Art. XI. *Qu'ils ne pourront chanter sur les rues en trouppeaus, si non aus prescbes & exercices de leur religion.*

Ne cantent in plateis.

Resp. *Accordé, qu'on ne chantera par troupes aus rues.*

Apost. *Pareillement accepte l'accord donné sur le present article.*

Quoad subsignationem præmissorum

Art. XII. *Que mille signeront les points cy dessus.*

Resp. *D'autant que l'establissement resolu de nostre religion se remet à la decision des Estats generaus, nous estimons, que plusieurs feront difficulté de signer; si toutesfois les autres sont prests de faire le semblable, nous esperons faire le mesme de nostre costé.*

Apost. *Son Excellence trouve estre requis & convenir, que les ministres, Anciens, Diacres, Officiers & autres des Consistoires, ensemble quelque bon nombre des plus qualifiez de la religion de ces supplians, signent, accordent & promettent de faire, entretenir & effectuer les presentes Apostilles avec les Articles & offres en cest escrit accordées. Et ne fera son Excellence difficulté d'aussi les sous-signer avec un Greffier de la ville au nom du Magistrat, le quel comme ait à commander en general & tenir en office à tous les inhabitans de ceste ville, servira beaucoup pour la tuition, asseurance & repos de ces supplians & leurs assemblées, avec seureté que pour telle leur signature nul des supplians ne sera par cy-apres noté, recerché ne molesté.*

Prædicta per provisionem tantum.

Art. XIII. *Le tout par provision jusques à l'assemblement des Estats generaus, aus quels ils se submettront par serment.*

Resp. *Accordé, bien entendu, que si quelque chose s'ordonnoit contre nostre conscience & exercice de nostre religion, il nous soit donnè terme competent pour nous retirer & noz biens, ou bon nous semblera sans aucun empeschement.*

Apost. *L'accord donné sur cestuy article accepte son Excellence, & ne fait difficulté, que les supplians ne jou-*

ne joïssent, le cas advenant, de la liberté par eus adjoustée. Anno 1566. 30. Aug.

Art. XIV. *L'asseurance leur.*

Resp. *Que les autres signent semblables articles, comme dit est, & que son Excellence & Messieurs du Magistrat prenent les uns & les autres en leur sauvegarde & protection, & ce par serment & publication par les carrefours de la Ville.* Quoad dandam securitatem sectariis.

Apost. *On asseurera ces supplians tant par la ditte signature que par publication, qu'on prandra en protection tous inhabitans vivans en obeissance & politique tranquilité, sans prendre esgard de quelle religion ils soyent, fust de Catholique ou celle des supplians.*

Art. XV. *Que tous actes seditieus soyent chastiez.* Seditiosa puniantur.

Resp. *Accordé suivant ce, qui est declaré au septiesme article.*

Apost. *Son Excellence accepte la response sur le present article.*

Responsionibus suis addiderunt calvinistarum deputati sequentia.

Or Monseigneur, puis qu'il a pleu à vostre Excellance, nous demander les asseurances cy dessus escrites, & que comme loyaus subjects & Bourgeois, & desireus de la prosperité, repos & tranquilité du païs & nommement de cest ville d'Anvers, y avons liberalement consenty & consentons en la maniere que dessus, mesmement veu ce que nous avons offert par nostre requeste, supplions vostre Excellence supprimer le bruit, qui court de la levée de gens de guerre pour la garde de ceste ville, ne pouvans juger de la ditte levée autre chose, que la ruine & destruction manifeste d'icelle, comme devant peu de jours à esté remonstré à vostre Excellence par toute la communauté d'Anvers en general & particulier; & cognoissons evidemment qu'encores les bourgeois & manans continuent en leur opinion, & que à cause du dit bruit plusieurs des estrangers & bourgeois se voudroyent retirer de la ville. Quoad conscriptionem militum domesticorum.

Apost.

Anno 1566. 30. Aug.

Apost. *La presente levée ne se fait pour empescher quelqu'un en l'exercice de sa religion, mais au contraire pour asseurance & repos tant de ces supplians, que de tous autres; de tant plus, qu'ils seront tous bourgeois & jureront ne rien faire contre les privileges, ne contre aucunes des Religions, ains les egallement defendre contre toutes violences; comme ils pourront plus amplement voir par* l'Article-brief *d'iceus, dont son Excellence ne refusera un double; les quels aussi pour non tant seulement travailler les inhabitans, ni empescher leur bantise, & pour preserver ceste Ville de tous troubles & inconveniens, & asseurer le marchant, & faire r'adresser & remettre l'accoustumé train de la bantise.*

Circà securitatem.

Deputati: *Monseigneur, apres avoir couchè ces responses par escrit, avons entendu l'ordonnance publiée de la part du Magistrat par les carrefours de ceste ville, la quelle punit de mort ceus, qui diront ou feront quelques injures aus Prestres en leurs Eglises & ailleurs, sans faire aucune mention de nostre reciprocques asseurance; en quoy nous nous trouvons grevez, veu que cela mesme estoit contenu au premier article des propositions, qu'il a pleu à vostre Excellence nous faire, à la quelle nous estions prests de satisfaire, comme appert maintenant. Or d'autant que le peuple en est grandement troublé & est esmeu, nous semble, qu'il n'y a autre moyen d'y pourveoir, qu'en faisant publier incontinent semblable defense & asseurance pour nostre costé. Ce que nous supplions tres humblement vostre Excellence de faire pour eviter tous inconveniens.*

Apost. *A ce est pourveu par la publication desja faite.*

Le tout s'accordant par maniere de connivence & par provision, jusques à ce que par sa Ma. avec l'advis de ses Estats generaus autrement sera ordonné, la quelle resolution chacun sera tenu d'ensuyvre. Leur ordonnant son Excellence, que de tous les poincts se face incontinent intbimation à ceus de leur religion, & commandement de se renger & conteuir selon ce

que

que dessus. Fait en Anvers le trentiesme d'Aoust l'an. 1566. Anno 1566.

Ex his propositionibus, responsis & Apostillis conficiendi erant Articuli, qui in modum resolutionis communis subsignandi erant per Principem & per deputatos Calvinistarum. Verùm dicti deputati timentes, nè mutatis rebus dein per similem actum notam infamiæ incurrerent, aut aliud inde paterentur, antequam procederent à Senatu desuper petiverunt securitatem, sicut jam ante à Principe petierant & obtinuerant. Obtinuerunt autem illam à Senatu mediante Orangio 31. augusti. Litteras desuper confectas refert prædictus Anonymus, in quibus sic loquitur Senatus. 31. Aug. Dicti Deputati petunt securitatem á Senatu.

PUISQUE son Excellence avoit requis à ceus de la Religion susdicte, qu'ils deussent deputer aucuns marchans de renom, avecques les quels elle pourroit communicquer à toutes heures & occurrences: Messieurs susdicts nè trouvent pas mauvais, ne inutile, que les susdicts personnages acceptent la susdicte charge. Declarent d'avantage par cestes, que ne à cest heure, ne par cy apres ilz ne suspecteront, noteront, ne rechercerent les susdicts deputez pour l'acceptation, exercice & execution de leur dicte Commission; ne aussi le prendront en male-part & ne leur sçauront mauvais gré en maniere & façon quelconque... Ainsi faict au College en la presence de monseigneur le Prince susdit le samedy dernier jour d'Aoust l'an. 1566. *Polites.*

Gubernatrix, quæ jam responsum obtinuerat à Rege ad ea, quæ ad ipsum scripserat occasione Libelli fœderatorum Nobilium oblati mense aprilis, voluntatem ejus illis (qui iteratum libellum confectum in conventu Trudonensi & Duffelensi obtulerant) indicavit 24. augusti, nempe quod Rex consentiret, ut cessaret Inquisitio & ut loco Suspensa declaratur Inquisitio.

Anno 1566. 31. Aug. loco Edictorum confectorum in materia fidei, nova fierent salvâ catholicâ fide & regiâ majestate. Id ipsum autem intimavit Gubernatrix Conciliis & Civitatibus per Litteras datas 26. aug. quas refert Wesembeek *pag.* 176. In illis autem notat Gubernatrix, Regem nondum determinasse, num nova ista Edicta fierent ex sententia Statuum generalium, num aliàs.

Id publicatur Antverpiæ. Hic Regis consensus publicatus fuit Antverpiæ 31. aug. ex parte Orangii & Magistratûs: sed in eo affirmatur, quod Rex necdum determinaverat: ut patet ex subjuncto Edicto, quod sic refert supràdictus Anonymus.

MANDEMENT & Publication faite par sire Jehan de Immerseele, Chevalier Seigneur de Boudrie, Escoutette, Bourgmaistres, Eschevins & Conseil de la ville d'Anvers le dernier jour d'Aoust MDLXVI.

ON declaire & fait sçavoir à un chacun de la part de Monsieur le Prince d'Oranges comme Gouverneur & Chef en ceste ville d'Anvers, à ce commis par la Ma., & aussi de par les seigneurs & la ville: que la Ma. de nostre tres-clement sire le Roy, suyvant sa debonnaireté naturelle, ayant eu esgard & consideration au repos, bien & prosperité de ses hereditaires Païs-bas, à accordé & consenti expressement, que les inhabitans & bourgeois de ceste ville & de tout le Païs, seront & demeureront à tout jaimais delivrez, quittes, deschargez, & sans estre travaillez, ny molestez de l'Inquisition, de la quelle depuis peu de mois en ça on a tant parlé & murmuré par tous ces dits Païs-bas: & qu'ils seront en autre & demeureront francs, libres & deschargez de toutes les Ordonnances & Placcars faits sur le fait des heresies & contra-

contraventions touchant la Religion, qui par-cy-devant ont aucunement esté fait & publiez: & ce pour le temps & jusques à ce, que par nouveaux & generaux Placcars (qui pourront estre ordonnez & faits par sa Ma. avec l'advis des Estats generaux de cesdits Païs sur le fait de la Religion) y soit en general autrement pourveu & ordonné: selon les quels des lors en avant un chacun se deura conduire & reigler, & sur quoy chacun se peut reposer & asseurer. Anno 1566. 31. Aug.

A. Grapheus.

Die Dominicâ primâ septembris, restituto utcumque altari parochiali in Ecclesia matrice, facta est in eo prima post destructionem Missa solemnis, ad quam fuit magnus catholicorum concursus & magna devotio. Post Missam concionem ad populum habuit D. *Sebastianus Baerts* Plebanus (qui à scriptis & concionibus contrà hæreticos hujus temporis laudatur per P. Porthaise in dedicatoria ad suum *Parasceve &c.*) ad hoc inductus & animatus per Senatum, ut probos solaretur ac seductos reduceret. Sed quia civitas hactenùs pacificata non erat, & conventio, de qua suprà, necdum signata, unde meritò timenda erat turbatio, eò ductus fuit per Burgimagistros & Marckgravium cum satellitibus suis. Ita *Antw. Chron. pag.* 93., quod addit, eodem die prædicutium Walonem, qui erat Carmelita apostata, prædicasse Lutheranismum in horreo retrò S. Michaëlis. 1. Sept. Missa & concio in Eccle. B. M. Per Sebastianum Baerts Plebanum.

Sequenti die 2. septembris parati erant Articuli confecti ex responsionibus ac Apostillis præmissis, redacti in formam decreti, quod eo die subsignatum fuit per principem Orangium, per prædictos calvinistarum deputatos & plures qualificatos inter illos. Decretum illud integrum refert prædictus Anonymus. In eo autem præter illa, quæ satis intelliguntur ex responsionibus Signantur Articuli, de quibus suprà.

& apostil-

Anno 1566. 2. Sept.

& apostillis præmissis, hìc notandus venit Articulus 2: in quo determinantur eis loca, in quibus possint exercere suam religionem. Sicque sonat.

Calvinistis assignantur loca ubi prædicent.

Item. *Quils ne pourront occuper ny aussi tenir leurs presches ou autres exercices de leur religion en aucuns Temples, monasteres ou autres places consacrées : mais tant seulement en aucunes des trois places cy dessous nommées : à sçavoir en la Rame de Paul van Gemert derreire le monstre sur le marché des chevaus; en la Rame de Monsieur de Liekerke au Wapper, & au jardin ou on blanchit des linges aux prairies de l'hospital, pres le jardin des Tireurs. Bien entendu, que s'ils ne pouvoyent obtenir quelqu'une des dites places, que alors par consent de son Eccellence, au lieu d'icelles pourront user de quelques autres places d'assez semblable grandeur & situations, & entre tant user en la Nouvelle-ville des places, aus quelles ils ont par-cy-devant tenu leurs presches.*

Concessionem hanc ægrè fert Gubernatrix.

Sic itaque Orangius Calvinistis facultatem dedit prædicandi publicè in civitate Antverpiensi, idque in tribus diversis locis, contrà notam voluntatem Regis & ipsiusmet Gubernatricis, quæ antè paucos dies, dum indicaverat fæderatis Nobilibus Regem consentire, ut loco rigorosorum Edictorum nova conficerentur, hanc inter alias conditionem adjecerat, quod conciones novas, quibus locis nullæ habitæ fuerant haberi imposterùm nullas paterentur. Juramentum autem desuper per fœderatorum legatos factum erat 25. aug. præsente Orangio. Hinc etiam Gubernatrix hanc Orangii concessionem ægerrimè tulit, quod ipsi per epistolas intimavit; volens, ut prædicationes intrà muros civitatis impediat & etiam exercitia religionis; monens

monens insuper, ut invigilet in anabaptistas. Anno 1566.

3. Sept. Cum jam Calvinistis libertas exercendi suam religionem esset concessa, saltem per interim & per conniventiam, donec Rex aliter desuper ordinaret; Senatus 3. septembris decretum edidit, quo omnes inhabitantes civitatem, sive sint catholici sive alterius religionis, in protectionem suscipit, & prohibet ex parte Orangii sub pœna vitæ & bonorum, nè quis impediat aut turbet servitium Ecclesiarum, monasteriorum &c. antiquæ Religionis catholicæ, aut injuriam cuiquam verbo vel facto propterea inferat; & nè quis similiter impediat aut turbet exercitium alterius religionis. Decretum illud refert sæpedictus Anonymus.

Senatus in protectionem suscipit omnes incolas.

5. Sept. Haræus Annal. *Tumult. Belg. pag.* 56. agit de Pactis Orangii & Magistratûs initis cum delegatis calvinistarum & editis die quintâ hujus mensis, de quibus hæc refert.

Pacta cum delegatis Calvinistarum inita.

Ipsis, inquit, nonis septembris denique; id est die ejusdem quinto; cum Calvinianis delegatis in hanc sententiam constituunt (erant hi delegati Teutonum *Marcus Peres*, *Carolus Bombergius Hermannus Vermerius* & *Cornelius Bombergius*; Walonum *Franciscus Godin*, *Joannes Carlier*, *Nicolaus de Vivier* & *Nicolaus Sellin*.)

„ Primum, veterem catholicam Religionem nemo turbet. Omnibus omninò catholicorum ecclesiis, omnibus veteri Religioni dicatis sacrisque locis novarum religionum homines excedant. Nova urbe; quibus jam locis consuessent, agro Pauli Gemertii ad forum equinum, ad Wapperam agro Domini Likerkii, pratis Xenodochii ad hortum sodalium sclopetariorum religione suâ utuntor: per ea loca diebus dominicis atque festis; die item mercurii

Anno 1566. 5. sept. „(si festus nullus dies eâ hebdomadâ existit)
„ concionari unâ eâdemque horâ permittitor. Ad
„ singularum concionum functionem haberi nisi bi-
„ nos ministros non liceat. Ministros vel qua Regis
„ ditione vel potentioris cujus urbis cives esse
„ oporteat. Quoad Antverpiæ sunt futuri pari-
„ turos se negotiis civilibus Orangio Magistra-
„ tuique ministri juranto. Cum telo illicito ad
„ conciones homines non veniant : teli tamen
„ illiciti compellatione nec pugionem nec gla-
„ dium contineri. Ministrorum, Seniorum Dia-
„ conorumque electionibus ceterisque gravioribus
„ Consistorii deliberationibus unus, quem volet
„ Orangius, è Magistratu est interfuturus. Si
„ ordine juris in templorum direptores Ma-
„ gistratus est animadversurus, nemo prohibeat.
„ Psalmos ceteraque extrà ea loca, quibus
„ conciones habentur, nemo cantet. Nullò
„ religionis discrimine universi cives in tutela
„ atque fide Orangii Magistratûsque erunt, quàm
„ diu pacatè rem gerent. Præsidiarii milites
„ (quos ad urbis custodiam è civibus Orangius
„ est lecturus) non alia conditione se militatu-
„ ros jurabunt, quàm quæ scripto Delegatis
„ exhibito continetur. Hæc pacta tam diu sunt
„ valitura, quoad Regi ex Ordinum genera-
„ lium sententia aliud probetur. Si leges ex Or-
„ dinum generalium sententia eas ferre Regem
„ contiget, quas pati vel religionis observantia
„ vel conscientiæ ratio minùs posset, disceden-
„ di bonaque auferendi libertas saltem erit."
Atque hæc sunt pacta Antverpiensium. Ita Haræus.
In his pactis indicatur sectarios jam in hac ci-
vitate occupâsse quasdam ecclesias aut pia loca,
quæ in vim horum pactorum dereliquerunt.

8. Sept. In festo Nativitatis B. Mariæ 8. septembris

Resumuntur publice Officia divina. in omnibus Parochiis & monasteriis peractum
est servitium divinum & Missæ celebratæ aper-
tis

tis januis, ut anteà fieri solebat. Ipse met Orangius, qui hactenùs se gerebat ut catholicum, cum omnibus aulicis suis ad Missam solemnem venit in B. Mariæ. Anno 1566. 9. Sept.

Postridie 9. septembris Burgimagistri in Concilio hebdommadali mandarunt, ut opificiorum Collegia & Gildarum viri singuli Altaria sua restituerent. Inter illos primi fuerunt Pistores *Antw. Chron. pag.* 94. Mandantur restitui Altaria Gildarum &c.

Hâc die respondit Orangius ad prædictas Gubernatricis litteras; conatusque est se justificare: & quidem quantùm ad concessionem prædicandi intrà civitatem, eam rejicit in Senatum, qui, inquit, maluit prædicationes intrà civitatem, quàm excursionem populi ad prædicationes forenses; quia timendum erat, ut civitas præservari posset contrà extraneos, qui cùm redeuntibus intrâssent, & nè civitatem tantâ multitudine vacuatam malevoli spoliarent &c. Quantùm ad exercitium religionis, respondit; quod hactenùs, ubicùmque prædicassent, reliqua religionis suæ exercuissent, baptizassent, matrimonio junxissent & mortuos sepelivissent; quodque, nè nimius concursus aut scandalum foret, prohibuisset nè in sepultura mortuorum psalmos cantarent; aliasve preces facerent aut eleëmosynas colligerent. Quantùm ad Anabaptistas, requirit desuper, si non velit admitti in civitatem; speciale mandatum. Litteras Orangii desuper hâc 9. septemb. scriptas refert Wesembeek *pag.* 184. Orangius se justificare conatus super admissione prædicationis.

Audierat dein Orangius Gubernatricem & quosdam de Concilio ejus indicasse tùm verbo tùm scripto, tractatum initum in hac civitate cum calvinistis adversari servitio Dei & Regis, & consequenter bono patriæ, ac omninò adversari conventioni initæ inter Gubernatricem & fœderatos nobiles. Hinc desuper ad eam scribit 11. Sept. Orangius petit dimissionem.

 11. sep-

Anno 1566. 11. Sept. 11. septembris epistolam, in qua conqueritur, sua tam malè interpretari; & ut monstret se non contravenisse dictæ conventioni, Copiam illius, quam habebat, Bruxellas mittit, ut videretur, nùm differret ab originali. Notat, quod res civitatis hactenùs non sic restitutæ essent aut pacificatæ, quin facilè recidere possent in eum statum, in quo erant, dum ultimò eò venerat: ideoque rogat, ut, cum sua non placeant & mala habeantur, Gubernatrix alium mittat, qui omnia meliùs ad nutum disponat.

13. Sept. Gubernatrix respondet Orangio. Ad hanc Orangii querelam respondit Gubernatrix per Epistolam datam Bruxellis 13 septembris. In ea scribit, se numquam dixisse aut scripsisse alia, quàm quæ ipsi scripserat circà duo puncta, nempè prædicationes in civitate & exercitium religionis, ad quæ, inquit, mihi dein respondisti & rationes exhibuisti. Quam, inquit, resolutionem meam scripsi Comiti Hornano Tornaci existenti, ut procederet secundùm ea, quæ Antverpiæ fecisti, prohibens nè intrà Tornacum prædicationes permitteret, sicut tu Antverpiæ tolerare coactus es, cum id de meo consensu factum non esset; nè exemplum Antverpiensium in consequentiam traheretur pro aliis civitatibus. Quantùm autem ad substitutionem alterius in gubernatione civitatis Antverpiensis, respondet Gubernatrix, quod non omitteret eum rogare, ut pergeret res Antverpienses observare, cum indè multum dependeat; nisi status Hollandiæ, inquit, te instanter requirerent, & in Provincia gubernationi tuæ commissa res, quæ etiam quotidiè decidunt, necesse foret disponere: nolui tamen in eo quidquam agere sine tua communicatione; nec antequam per hunc nuntium indices, ubi judices te fructum majorem relaturum. Has epistolas refert *Wesembeek* & cum

illis

illis claudit Opusculum suum *de statu Religionis &c.* Anno 1566.

Hactenùs, id est usque ad 2. septemb., quo signati fuerant Articuli concordiæ, satis communiter sepelierant sectarii mortuos suos in locis sacris, idque fiebat cum prædicutiis, qui exhortationem funebrem faciebant ad sepulchrum declamantes in sepulturas catholicorum. Obierat hoc tempore uxor Theodori Brecht quondam scabini; ferebatur autem sepelienda geusiorum more. Displicuit id Senatoribus, qui id dissuaserunt asserentes se funus non comitaturos. Sententiam itaque mutavit Theodorus, sed ægrè, quia hæresim sapiebat. Sepulta est itaque 14. sept. vesperi serò apud Minoritas catholicorum more cum multis facibus hispanicis, cum cruce & Presbyteris, qui induti erant palliis & pileis ob timorem calvinistarum. Hinc magna Commotio. Antw. Chron. *pag.* 94. 14. Sept. Commotio ob sepulturā apud Minoritas.

Anabaptistæ, qui hactenùs sese occultaverant eò quod nullatenùs toleraretur eorum secta, cum tam multa calvinistis concessa viderent, audaciores fieri cœperunt, sperantes per audaciam obtinere, quod obtinuerant calvinistæ: indè, sicut illi, sic cœperunt prædicare extrà civitatem in sylvis. Et primam quidem publicam prædicationem fecerunt 15. septembris in sylva sita inter *Wilryk* & *Hoboken*, ad quam convenerunt circiter trecenti. *Ibidem.* 15. Sept. Anabaptistæ incipiunt publicè prædicare.

Accidit 17. septembris, quod Curatus S. Georgii quosdam juncturus ingressus sit Ecclesiam suam in meridie, dum portæ clausæ erant, ibidemque antè cathedram invenerit tabellam cum superposità pelvi, in qua *D. Frans* subsidiarius in *Kiel* infantes baptizabat sine cœremoniis, vernaculè & aquâ non benedictâ. Curatus autem tabellam istam per custodem jussit aufer- 17. Sept. Pastor S. Georgii captivus detinetur. Occasione Dni Frans.

Anno 1566. 17. Sept. auferri. Indè magna commotio & odium in dictum Curatum ; eò quòd inhibitum esset, cuiquam impedimentum afferre in exercitio suæ religionis. Curatus sibi timens, cum toto pomeridiano tempore sese occultasset, sub vesperam decessit è civitate ; sed extrà portam S. Georgii per vigiliam civium capitur & captivus in porta detinetur. *Ibidem pag.* 95. Quid autem ipsi inde obvenerit, non invenio. Præsumendum autem est, eâ occasione post paucos dies cum Lutheranis initum fuisse tractatum, sicut antè cum Calvinistis, & hoc mense Dno Frans indictum fuisse deserere Ecclesiam S. Georgii.

Quis Dnum Frans illic introduxerit.

Introduxerat in Ecclesiam S. Georgii *Dominum Frans* quidam *Adam van Berchem* Scultetus in *Kiel* & Capitaneus unius cohortis Satellitum Principis. Is communiter dicebatur *Joncheer van Berchem* aut *Heer van Berchem*. Jam autem hoc tempore primarius hujus civitatis Burgimagister erat *Henricus van Berchem* : cum itaque diceretur, Dominum van Berchem *Dnum Frans* introduxisse in Ecclesiam S. Georgii, creditum vulgò fuit, Burgimagistrum eum illuc introduxisse. Necessè itaque deinceps fuit Burgimagistro se desuper apud Aulam justificare, prout fecit in justificatione sua relata apud P. Bor *tom.* I. *fol.* 155. *verso*, demonstrans se ibidem eo tempore non adfuisse & errorem ortum esse ex propinquitate nominis.

18. Sept.

Sectarii tumultuantur apud Minoritas.

Sectarii assueti tumultuari, contineri non poterant, quia per seditiosas suas actiones tam multa obtinuerant, & sperantes adhuc plura, congregari cœperunt 18. septembris post meridiem ad monasterium Minoritarum. Occasio erat, quòd quidam cives eò ivissent ad habendum confessarium apud ægrotum. Indè magnum murmur inter plebeos : eo tamen die nihil tentârunt.

Postridie

Postridie ad idem monasterium iterum congregati sunt majori numero. Accessit Orangius mandavitque seditiosis discedere. Cum mandatum illud minimè curarent, arripuit Princeps unius satellitum hastam & percussit promiscuè inter tumultuantes ac quosdam læsit. Cumque necdum discederent, rediit Princeps cum Marckgravio & transivit, quia caterva sic accreverat, ut jam quinquagesies plures essent. Volebant autem tumultuantes evacuari monasterium & monachos omnes expelli. Ideo sequenti nocte eò missa est cohors militum domesticorum, qui in cœmeterio vigilantes monasterium conservarunt & monachos in tuto posuerunt. *Antw. Chron. pag.* 96. Strada pag. 244. hujus facti mentionem faciens dicit, Antverpiæ trecentos è plebe arreptis armis cœnobium Franciscanorum aggressos, ejus potiundi spe, accurrente illuc Orangio cum militum globo deterritos fuisse. Anno 1566. 19. Sept. Volunt Religiosos expelli

Ejusdem mensis die 21. iterum congregati sunt Anabaptistæ ad prædicationem extra civitatem. Cumque primâ vice pacificè sua peregissent, plures hâc vice se manifestârunt, & jam congregati erant circiter mille. Supervenit autem *D. van Berchem* tunc scultetus *de Kiel* & capitaneus cohortis militum domesticorum cum satellitibus Principis. Hi cum viginti aut triginta equis percurrerunt catervam Anabaptistarum prohibentes ex parte Principis, nè ultrà prædicarent, & indicantes eos alioquin alio modo visitandos. Hinc ultrà ausi non sunt publicè prædicare, sed ut antè secreta conventicula tenuerunt in civitate. *Ibidem*. Hinc præsumendum est, Orangium, sicut, ut suprà vidimus, petierat, speciale mandatum obtinuisse à Gubernatrice circà Anabaptistas, nè scilicèt quidquam illis indulgeret. 21. Sept. Anabaptistæ iterum & ultimo prædicant.

Anno 1566. 22. Sept. Lutheranis conceditur libertas prædicandi.

Meliorem successum habuerunt Lutherani, qui tamen numero cæteris inferiores erant. Calvinistæ longè superabant reliquas sectas, & Anabaptistæ numero superabant Lutheranos; sed Lutherani potentioribus superabant reliquos. Hi itaque tentârunt eandem obtinere libertatem, quam obtinuerant Calvinistæ, obtinueruntque eam 22. hujus mensis, donec aliàs per Aulam statueretur seu provideretur; confectusque est eo die tractatus inter Orangium & ipsos, quem non habemus. Præsumendum autem est, eis concessa esse omnia, quæ Calvinistis, & loca illis sua etiam designata fuisse. Tractatum hunc cum Lutheranis iniit Orangius, postquam rescisset Gubernatricem ægrè tulisse conventionem antè factam cum Calvinistis, & hanc etiam concessionem ægrè laturam, prout ipsa per eum desuper consulta illi per litteras indicaverat.

24. Sept. Calvinistæ Ædificant Fana.

Calvinistæ, quibus res hactenùs tam benè cesserant, non distulerunt occupare loca sibi assignata & omnia parare ad sibi in illis erigenda solida Fana; quasi jam certi essent de expectato assensu Regis.

Calvinistæ walones fundum emerant à Francisco Zielis *op de Wapper* retrò hortum Gildæ sclopetariorum. In eo cœperunt fodere ad jacienda fundamenta novellæ ecclesiæ 24. septembris. Ecclesia hæc rotunda fuit, inde vulgariter dicta *Ecclesia rotunda*. Calivinistæ flandri cœperunt festinanter eodem tempore exstruere ecclesiam oblongam ad prata hospitalis juxtà mœnia propè *Huyvetters-Toren* cum egressu *in't Hoplant* in loco dicto *Mollekens Rame*. Primum lapidem pangebat prædicutius *B. Ysenbrant*, qui etiam primus in ea prædicavit.

In exstruendis his Fanis magna adhibita fuit diligentia. Inter fossores ac afferentes lapides & calcem

calcem erant divites & honesti cives, etiam domicellæ tùm Antverpienses, tùm Tornacenses, Armenterienses, Valencenenses &c. qui, ut brevì perficerentur, pecunias & monilia contulerunt. Anno 1566. 24. Sept.

Princeps Orangius videns calvinistas seriò agere ad erigendas sibi solidas & magnas Ecclesias, prohibuit illis 25. septembris, nè parietes illarum elevarent ultrà altitudinem quinquaginta pedum. *Antw. Chron.*, in quo præmissa referuntur, dicit: non ultrà altitudinem quinque pedum. Verùm post quinque dies 30. ejusdem mensis idem Princeps eis prohibuit progredi in constructione, monitus indubiè desuper ex parte Gubernatricis: sed prohibitionem hanc non curantes, ab incepto opere non cessârunt. Tamen hâc fortè occasione novam Ecclesiam non exstruxerunt in tertio sibi concesso loco in nova civitate: sed juxtà *Hessen-huys* stabulum vaccarum suæ religioni aptârunt, & hæc dicta vulgariter fuit *antiqua vaccarum ecclesia*, eò quod inibi pluribus annis de nocte secretè prædicâssent. 25. Sept. Prohibetur progredi sed frustrà.

Hoc etiam mense Lutherani, qui se *Martinistas* vocabant, duo sibi Fana confecerunt, alterum viâ *d'outhaentjen* versùs plateam de *Durickstraet* seu *Everixstraet*, id est in loco, quem nunc occupant Augustiniani. Alterum in foro equorum in *Reygers-ganck*. In hac plures mortuos suæ sectæ sepelierunt. In priori autem prædicavit Dnus Frans, qui hoc mense coactus fuit deserere ecclesiam S. Georgii. Lutherani conficiunt sibi Fana.

Orangius 29. hujus mensis in Concilio hebdomadali mandavit omnibus Decanis Gildarum & Opificiorum, ut singuli retinerent Capellanos suos, nec eos dimitterent: sed solitum eis honorarium solverent, sive servitium facerent sive non. 29. Sept. Decani jubentur retinere suos Capellanos.

Hoc

Anno 1566. 29. Sept. Hoc ultimum invenio hic peractum per Orangium, cui discedenti in Hollandiam substitutus est in gubernatione civitatis Antverpiensis Comes Hoogstratanus, designatus per Gubernatricem 4. octob., quem tamen aliqui putant tantùm fuisse Vicarium (*Stadt-houder*) Orangii.

Comes Hoogstratanus Gubernator Antv.

3. Octob. Cum in Ecclesia matrice omnia successivè restituerentur, Altari Ven. Sacramenti utcumque restituto, prima post destructionem solemnis Missa in eo cantata fuit die Jovis 3. octobris. Et cum organa per Iconoclastas destructa essent, adhibita sunt nova organa portatilia.

Celebratur Missa de Venerabili.

9. Octob. Ut obviaretur tumultibus & seditionibus, qui maximè excitabantur per extraneos, factum & publicatum est Edictum 9. octobris, quo mandabatur omnibus extraneis, qui civitatem non per annum inhabitaverant, discedere intrà octo dies sub poena arbitraria. *Antw. Chron. pag.* 94. *& seq.*

Extranei jubentur discedere.

17 Octob. Die 17. octobris magnus iterum excitatus est tumultus, ita ut, nisi Comes Hoogstratanus præstò fuisset, non templa modo, sed etiam mercatorum & divitum domos expoliâssent importuni sectarii. Post meridiem ab hora secunda usque ad quintam congregari cœperunt in cemeterio B. M. centeni malevoli; portæ autem Ecclesiæ tenebantur clausæ. Sub vesperam vi reseratis portis clamantes *vivant Geusii* in primariam illam Ecclesiam irruperunt, duce quodam nobili Antverpiensi; prætextu quidem Iconoclasmi, ob restaurata quædam, quæ & confregerunt; reverà autem (ut habitâ quæstione fassi sunt ejus turbæ authores vel capita) ut occupato templo & ædibus monetariorum, tamquam munitionibus quibusdam ipsâ nocte divitum ædes diriperent. Verùm Comes cum Marckgravio, Senatoribus & militibus accedens

Novus tumultus compescitur.

à stan-

à stantibus in cemeterio sciscitabatur, quid vellent; Hi responderunt *Templum & Curiam* clamantes simul *vivant Geusii*. Tunc Comes apertis vi portis, quas tumultuantes intrò clauserant intrans ecclesiam tumultuantes aggressus est, & non paucis læsis & trucidatis, aliis per fenestras & aliàs fugientibus, factionis capita aliquot apprehendit & captivos duxit. Quòd autem litteræ minaces eo die sparsæ essent contrà Minoritas, milites quosdam misit, qui illos tuerentur. Imò quòd ferebatur, malevolos ipsâ nocte invasuros monasteria & aggressuros omnes Ecclesiasticos, cives omnes totâ nocte lucernas extenderunt. Captivi examinati fassi sunt se conductos per prædictum Nobilem, qui conquisitus & inventus mane horâ septimâ in foro cum quinque aliis suspensus est. Surius in *Comment. pag.* 892. & Antw. Chron. *pag.* 99.

Anno 1566

22 Oct.

Prohibet inferre injurias militibus.

Quia sectarii per concitatos tumultus tam multum profecerant, odio illis erant milites domestici, qui ex civibus conscripti erant ad impediendos tumultus & invigilandum in omnes seditiosos; illosque injuriis impetebant, publicè eos & præpositos ipsorum vocantes *Papistarum famulos*. Senatus huic malo obviare volens edidit 22. Octob. Edictum, quo prohibebatur dictos milites sic nominare sub pœna exilii, & indicebatur parentibus, ut proles cohiberent, alioquin pro ipsis luerent aut virgis per tortorem cæderentur. Antw. Chron. *pag.* 101.

25. Oct.

Deputati calvinistarum offerunt libellum supp...

Plura nuntia jam obtinuerant fœderati ex Hispania, Regem terribiliter infensum ob peractas eum armis sine ullius consensu prædicationes, & ob seditiosam destructionem Imaginum, statuisse armatâ manu venire in Belgium ad exterminandos seditiosos. Cœperunt itaque timere audaces sectarii; sed maximè calvinistæ

Anno 1566. 25 Octob. calviniftæ maximè rei : illis enim, qui primi cœperant publicè & cum armis prædicare & prædicando dicere, Imagines tamquam Idola confringendas & deftruendas effe, meritò omnia mala imputabantur. Hi itaque confiderantes Regem nec hactenùs flexum per feditiofas prædicationes nec per generalem iconomachiam, tandem tentant eum movere & placare per ingentem pecuniarum fummam, nempe trium millionum florenorum, quam ei ftatuunt offerre per libellum fupplicem, in quo facta fua conarentur juftificare.

Sed antequam id efficerent, deputati Calviniftarum Antverpienfium, qui cum Orangio 2. feptemb. tractatum, ut fuprà vidimus, inierant, & tamquam tales fecuritatem ab eo & à Senatu obtinuerant, eam recognitam & renovatam defiderabant per novum Gubernatorem. In eum finem Comiti & Senatui offerunt libellum fupplicem, & ab illis 26. octob. hanc Apoftillam obtinuerunt, quàm cum Libello fupplici fic refert fupradictus Anonymus.

Comiti & Civitati pro fecuritate fua obtinent.

MONSIEUR le Comte de Hoochftrate comme Gouverneur & les Seigneur Marcgrave, Bourgmaiftres, Efchevins & Confeil de la ville d'Anvers ayans veu la prefente Requefte & noté le contenu en icelle, declarent, que ce, que les Supplians, en vertu de leur precedente commiffion, ont fait & befoignè jufques à maintenant touchant le contract fait avec eus le 2. Septembre dernierement paffé par Monfegneur le Prince & le Magiftrat, eft fait pour le repos public & la paix de cefte ville & habitans d'icelle; & leur eft agreable & fera encore d'anvantage, qu'ils continuent en leur charge, ainfi comme bon bourgeois & habitans, defirans le bien public, font tenu de faire. Ainfi fait au College le famedy 26. jour d'Octobre 1566.

Obten-

Obtentâ hâc declaratione dicti deputati fidentiùs processerunt, & prædictam suam supplicam mittendam Regi tradiderunt sequenti die 27. octobris Comiti Hoogstratano, Burgimagistris & Scabinis Antverpiensibus congregatis in Collegio, præsentibus Marcgravio & Amptmanno. Obtulit autem illam *Marcus peres* assistentibus *Guilelmo de Greve*, *Carolo de Bomberge*, *Guillelmo de Bonderyez*, *Francisco Godin*, *Henrico van den Broeke*, *Cornelio de Bomberge*, *Thoma van Geere*, *Joanne Carlier*, *Nicolao du Vivier* & *Nicolao Sellin* tamquam Deputatis calvinistarum Antverpiensium. Anno 1566. 27 Octob. Offerunt Libellum Regi pro libertate Religionis.

In eo Libello conantur se justificare, & exhibent Regi, se cœpisse publicè prædicare, ut, quia religio sua reddebatur suspecta, eversis calumniis sciretur qualis esset; sibi imputari non posse iconomachiam, quia, licèt prædicutii loquentes de Idololatria dixissent destruendas esse imagines, monuissent tamen, nè quis officium Magistratûs interciperet; & prædicutios conatos fuisse eam impedire. Dein dicunt quod, si Rex veniat & intentum efficiat, indè sequetur ruina Belgii & progressus Principum circumvicinorum, qui spoliis hujus regionis ditati Regi bellum inferre poterunt. Tunc supplicant Regi, quatenùs sibi concedere dignetur licentiam, liberè & publicè exercendi suam religionem in locis designandis per Regem & Magistratus. Et tantùm abest, inquiunt, ut occasione hujus libertatis vellent mutari statum politicum & transferri ad alium Principem, quin potiùs in gratiam hujus concessionis omnia vellent sacrificare in servitium Regis & renovare juramentum fidelitatis. Et ad demonstrandum, concessionem dictæ libertatis in se aucturam affectum ergà eum, præsentant illi offerre tres milliones florenorum à die con- Contentum Libelli. Offerunt Regi tres milliones florenorum.

Anno 1566. 27 Octob. cessionis dicti privilegii, idque in gratiarum actionem. Tandem conantur Regi persuadere, eum tutâ conscientiâ libertatem illam concedere posse. Libellum hunc supplicem integrum refert supracitatus *Anonymus*.

6. Nov. Timent pelli à civibus. Dicti autem Calvinistarum Deputati, inter quos non pauci spectabiles mercatores, qui tam sollicitè curaverant super commissione sua obtinere securitatem ab Orangio, Hoogstratano & Senatu, incipiebant jam timere non tantùm Regem, sed & catholicos hujus civitatis cives, & notanter 6. novembris timuerunt ab illis pelli extra civitatem. *Antiq. Chron. pag.* 101.

20. Nov. Confessiones Antverpienses Calvinistarum & Lutheranorum. Calvinistæ Antverpienses jam ediderant Confessionem suam teutonicè sub titulo: *Brevis fidei Confessio*. Lutherani, qui æquè ac Calvinistæ jam fruebantur libertate religionis, eis etiam in hoc puncto cedere nolentes, hoc mense è Germania evocârunt sex ministros, tùm ut ecclesias recenter erectas formarent, tùm ut Confessionem suo nomine edendam conficerent. Inter Ministros autem evocatos, qui & Antverpiam venerunt, erant famosi *Flaccus Illyricus*, qui ab anno 1557. ob absurdam de peccato originali sententiam Jenâ pulsus fuerat, & *Spangenbergius*. Hi convenientes dictam Confessionem conscripserunt eamque latinè & teutonicè ediderunt sub titulo: *Confessio Ministrorum Jesu Christi in Ecclesia Antverpiensi, consentiens Augustanæ Confessioni*. Ita Surius in *Comment. pag.* 803., qui utramque istam Confessionem confutatam fuisse asserit à catholicis doctissimis & gravissimis. Refutantur. Posterioris autem confutationem inter alios vernaculè scripsit & edidit *Guillelmus Lindanus* primus Ruremondensium dein Gandensium Episcopus, & Apologiam ejusdem confutationis contrà Illyricum.

Ita

Ita Foppens Bibl. Belg. pag. 412. Latinè eam refutavit *Judocus Ravesteyn* S. T. D. sub hoc titulo : *Confessionis sive doctrinæ, quæ nuper edita est à ministris, qui in Ecclesiam Antverpiensem irrepserunt & Augustanæ Confessioni se assentiri profitentur, succincta confutatio Lov.* 1567. Idem anno sequenti dedit. *Apologiæ catholicæ Confutationis prophanæ illius & pestilentis Confessionis (quam Antwerpiensem appellant pseudo-ministri quidam) contra inanes cavillationes Matthæi Flacci Illyrici. Lov.* 1568. Confutationem suam dedicavit Ravesteyn Senatui Antverpiensi, à quo dono accepit sciphum aureum. Et eodem tempore Philippus II. Hisp. Rex ei assignavit pensionem super Abbatiam S. Petri Gandavi. Ita D. Paquot *Mem. lit.* XVI, *pag.* 310.

Anno 1566. 20. Nov

Lutherani anno sequenti, dum res eorum incipiebant concidere, confessionem suam dederunt flandricè sine nomine typographi aut loci sub titulo : *Confessie oft bekentenisse der dienaren Jesu Christi in de Kercke binnen Antwerpen, die welcke die Confessie van Ausborch toegedaen is. Beter oversien ende gheëmendeert nae de Latynsche copye. Anno MDLXVII.*

Lutherani flandricè.

In Præfatione conantur inculcare, se à Christo excitatos & assumptos ad renovandam & erigendam ecclesiam Antverpiensem ; sed hanc suam assumptionem seu missionem minimè probant, quod in prædicante & reformatore primò necessarium est : non mirum, nam nec Lutherus nec Calvinus eam umquam probarunt, nec sequaces eorum usque in hodiernam diem.

jactant se a sumptos à Christo.

Rationes, ob quas confessionem edunt, allegant : 1. ut faciliùs tenebras antichristi impugnent. 2. ut se justificent de excitata seu perfecta nuper Iconomachia. Justificant autem se, quòd

Rationes ob quas eam vulgant.

Anno 1566. 20. Nov. quòd paucis diebus post Iconomachiam à superioribus admissa sit eorum Religio: sed sic etiam se justificare poterant calvinistæ, quorum religio ante ipsorum admissa erat.

Signant hanc Confessionem sex prædicutii Antverpienses. Dein sequitur prolixa approbatio, quam signant sex exterarum regionum ministri, inter quos *Vorstius*, *Spangenbergius* & *Illyricus*.

Disputatio publica inter Catholicos & sectarios.

Huic tempori adscribenda videtur disputatio publica habita Antverpiæ inter catholicos & sectarios. Ex parte sectariorum erant præcipui prædicutii; ex parte catholicorum erant inter alios *Joan. Garetius* Lovaniensis Can. regul. ad S. Martini, de quo Foppens *Bibl. belg. pag.* 644., & *Joan. Porthaise* Minorita Gallus, de quo latè agit P. Liron Cong. S. Mauri in libro *Singularités hist. & litt. Tom. III. pag.* 84. & D. Paquot *Mem. litt. tom. IX. pag.* 71. Dictus autem *Porthaise* de hac disputatione mentionem facit in Libello à se edito sub titulo: *Parasceve generale de l'exact examen de l'institution de l'Eucharistie contre la particuliere interpretation de Religionaires de notre temps. Par* R. P. F. J. Porthaise *Theologal de l'Eglise de Poitiers, dediè au tres chretien Roy Henry IV. à Poitiers par Jean Blanchet* 1602. *in* 8. In epistola dedicatoria huic libello præfixa de ea disputatione sic scribit Auctor.

J'ay experimenté à Anvers en publicque dispute 1565. (fortè 1566.) *devant les Ducs, Contes, Marquis & Princes du Pays les outre cuidez mespris de* Matthias Flaccus d'illiricq *ministre de Magdebourg, de* Jehan Volsius *de Suric, de* Syriaque Spemgembergue *de Wittebergue*, d'Isbrand *de Francfort*, *de* Joannes Beatus *de Muremberg*, *de* Jehan Taffin *ministre de Metz* & d'Anthoine Coran *Espagnol ministre*

ministre du Prince d'orange à Breda, qui estoient de toutes pars assemblez pour deraciner la Religion Catholiques des ames fideles à Anvers, que Dieu conserva par les predications & les ecrits du Theologal de nostre Dame M. Sebastien de Baerts (erat hic hoc tempore Plebanus B. M.) *& du docte Classonius Jesuiste* (Robertus Claissonius unus è primis, qui Antverpiæ resederunt, antequam collegium haberent) *& de moy Religieux François. Je fus celui, au quel ils en voulurent le plus : car pour m'empecher de precher, ils allegoient, que j'estois estranger & seditieux sophiste envoyé des docteurs de Louvain pour troubler le repos de la Ville & le cours de la Parole ; & que j'avois esté fouetté en France à la poursuitte de la Royne Mere, que Dieu absolve, & condamné à Geneve pour y avoir quitté ma femme. En peu de temps leurs calomnies & impostures furent verifiez fauces par la fidele diligence de Messire Guilliaume de Nassau Prince d'Orange pour lors chef des Calfstiars* (id est Calvinistarum, qui hoc tempore vulgò vocabantur Calfsteerten) *au païs-bas ; qui avoit une Maistre Jehan Garetius & moy en besoigne apres ses Ministres allemans ; qui y pratiquerent si peu, qu'ils demanderent à repondre par ecrit, ce qu'ils obtiendrent ; à quoy je repliquay en latin pour le sacrifice de la Messe & en françois pour la cheute pretendue de l'Eglise Romaine & de l'Eucharistie. Oncques puis je n'en ouys parler .... Ils ne peuvent nier, que ceste dispute ne leur ostast Monsieur de Rouconques encien, riche & habile Lutherien, qui avoit esté trois fois Bourguemestre d'Anvers, item Monsieur Reubeins premier conseiller d'Anvers & le plus docte calviniste, qui fust pour lors au Bas-païs : qui fut une playe mortelle à la cene nocturne, selon leur langage, & une in-*

Anno 1566. 20. Nov

J. Portaise famatur à ... mariis.

DD. R... kox & R... bens suspe... redduntur

Anno 1566. 20. Nov. *struction de plus ne provocquer ny contraindre les docteurs catholiques à la publique dispute & verification pour l'ouverture du livre des passages proposez...*

Quantùm ad infectionem duorum illorum virorum *Rockox* & *Rubbens*, de quibus in relatis fit mentio, nihil alibi invenitur. Si autem aliquando infecti fuerint, certè gloriosa fuit ipsis seria conversio, quæ dein omnem notam absterfit.

Justificantur.

Quantùm autem ad *Joannem Rubbens*, qui erat J. U. Doctor, vidi testimoniales Burgimagistri & Scabinorum datas 1. octob. 1568. & sigillo civitatis munitas, per quas, ad attestationem plurium sub juramento, declarant & manifestum faciunt, prædictum *Joannem* per plures annos usque ad elapsum mensem majum, quo Magistratus renovatus fuit, Scabinum egisse & honestè serviviſſe, ac sibi saltem nihil in contrarium innotuisse. *Nicolaus Rockox* verò annis 1574. 1575. & 1577. fuit secundarius Burgimagister. Hæc sufficienter justificant Viros istos.

Confessio generalis pro uniendis sectariis.

Tertiæ insuper Confessionis Antverpiensis mentionem facit Strada *Tom. I. pag. 256.*, in quam consenserunt omnes sectarii. Facta autem fuit juxtà sententiam fœderatorum congregatorum Amstellodami ad se opponendum Regi; ad quod conducere censebant adunationem omnium sectariorum. Nè, inquit Strada, sectarum varietate distraherentur hæretici, egit per litteras 7. novembris cum Antverpianis *Ludovicus Nassavius*, eos adhortans, ut depositis parumper, dum res firmarentur, privatis de religione sententiis, in Augustanam Confessionem concederent omnes... idque effectum est. Quamvis enim calvinistæ ab Augustana Confessione abhorreant, tamen (ut religio apud hæreticos alieni juris est ac translatitia) explorato Theodori Bezæ ab usque Genevâ consilio, probatisque ab eo hisce religionis induciis, novæ

Con-

Confessionis formulam ad Augustanæ Confessionis similitudinem concepêre, Cæsari proximis Comitiis offerendam unà cum supplici Libello, quo ejus apud Regem operam ac patrocinium orabant. Præterea Consistoria, id est, senatus ac cœtus multis in urbibus, sicuti jam Antverpiæ cœperant, instituerunt, creatis magistratibus senatoribusque, quorum consiliis (sed anteà cum Antverpiana curia, quam esse principem voluêre, communicatis) universa hæreticorum Respublica temperaretur. Ita *Strada*. Verùm si hæc tentata unio effectum habuerit, certè non diu stetit. Anno 1566. 20. Nov.

Surius enim loco suprà citato, cum posteà, inquit, decessissent prædicti ministri è Germania evocati, & *Spangenbergius* Coloniam venisset, quodam ex illo percunctante, quis rerum status esset Antverpiæ aut quid ejusmodi, ille respondit: Antverpiæ Christus pendet inter duos latrones, Papistas & calvinistas; significare volens, ut arbitror, Lutheranis ibi non multum esse loci & authoritatis Hoc quidem, inquit, retulit mihi vir doctus, qui se id ex ejus ore audivisse affirmabat. Non dubium, quin in illa opulenta regione libenter nidificassent *Illiricus*, *Spangenbergius* & ejus farinæ evangelici præcones, sed eorum votis successus defuit. Hæc *Surius*.

Lutherani parvæ auctoritatis Antv.

Totus mensis decembris suspensos tenebat omnium animos; Incolæ omnes invicem timebant. Fama ferebat calvinistas jurâsse necem ecclesiasticorum; fidem augebant nuper per eos acta Silvæ-ducis & quæ hoc mense agebantur in Flandria, ubi arma sumpserant ad succurrendum tornacensibus & valencenensibus sociis. Hinc 18. decembris Missa aurea, ut vocant, in Ecclesia matrice celebrata non fuit horâ ordinariâ, sed pleno die. Et 25. in Natalitiis de nocte celebrata non fuit Missa, sed tantùm

Decemb.

Catholici timent calvinistas.

 horâ

Anno 1566. Decemb. horâ quintâ. Interim dies illa cum magno catholicorum concursu & devotione celebrata fuit in omnibus parochiis. Hinc etiam Senatus ultimâ anni die Edicto prohibuit, nè quis sequenti nocte, ut fieri solebat, cantaret aut alia strenalia exerceret sub pœna arbitraria. *Antw. Chron. pag.* 102.

Fidelitas hoc tempore Antverpiensium. Interim fidelitatem Antverpiensium in hac tempestate testatur supradictus Joan. Molanus in *Historia* sua *de Picturis & Imaginibus* edita 1570. in epist. dedicatoria ad Episc. Leeuwardensem dicens: Dum opus hoc scribebam „ nihil mihi „ umquam aliud ... in mentem venit, quàm „ Dominum Deum non derelicturum plebem suam „ Belgicam: imò nec Antverpiensem, quantum- „ cumque eò perditissimi homines ad christianæ „ Religionis extinctionem confluerent: sciebam „ enim partim ex visu, partim ex relatu Pasto- „ rum, inibi etiam multam pietatem esse in „ Sacerdotibus, in Monachis, in sanctimonia- „ libus, denique in innumeris plebeis. „ Ita Molanus.

Petrus Frarin J. U. L. PETRUS FRARIN Antverpianus J. U. Licentiatus hoc anno dixit Lovanii in Quotlibeticis, ut vocant, quæstionibus: *Orationem, quod malè reformandæ Religionis nomine arma sumpserint sectarii nostri temporis.* ediditque eam eodem anno Lovanii 8. *Foppens Bibl. Belg. pag.* 976.

Melchior Barlæus. MELCHIOR BARLÆUS itidem Antverpianus Poëta elegans, indubiè respiciens ad calamitates hujus temporis, edidit hoc anno typis Plantinianis in 8. *Orationem de vita humana felicitate* cum adjuncto carmine *de rerum humanarum vicissitudine.* Edidit etiam *Brabantiados* libros V. & *Antverpiæ Encomium* ac alia, quæ vide *Ibidem pag.* 886. Neutrius obitus indicatur.

FINIS

INDEX.

INDEX.

A

Abbates. *Modus eligendi & nominandi Abbates* 245. 248.
Ægidii (Petrus) S. P. Q. Antv. ab Actis *moritur* 64.
Affligemiensis Abbatia *habuerat Abbates Episcopos ante erectionem episcopatuum* 198.
Agrippa (Hen. Corn.) *Antverpiæ. Incarceratur pluries & tandem in egestate moritur* 58.
Alaerts (Catharina & Digna) *fundant Gerontocomium viâ de Schutters-hof-straet ad usum sedecim vetularum* 234.
Albæ Sorores *reformantur* 131.
Anabaptismi *seu* iconoclasmi *principia incipiunt sentiri* 15. *Imputatur Luthero, qui scribit desuper epistolam ad Antverpienses* 16.
Anabaptistæ *puniti* 54. 67. 129. 175. & 178. *Invadunt Curiam* 68. *Puniuntur* 69. *Unus prædicat in Mera* 175. *Invigilatur in eorum conventicula* 176. *Litteræ Aulæ desuper ad Senatum* 177. *incipiunt publicè prædicare* 341. *Iterum & ultimò prædicant* 343.
S. Andreæ Parochia. *Consentit Adrianus PP. VI. in*

in erectionem ejus 8. *Tardat erectio ob difficultates subortas, quæ terminantur* 29. *Reservatur inchoata ecclesia Augustinianorum pro erectione ejus* 30. *Quæ perficitur* 31. *Margareta Gubernatrix Belgii agit pro erectione Parochiæ* 32. *Instructio ejus desuper ad Commissarium* 33. *Perficitur pro ea inchoata Augustinianorum Ecclesia* 35. *Consensus in erectionem. Describuntur limites* 36. *conditiones sub quibus erigenda. Litteræ Capituli & Senatûs desuper* 37. *Dos & onera Pastoris & Custodis* 40. *Reservata capitulo* 43. Acceptantur *in capitulo* 44. *consecratur Ecclesia* 45. *series Pastorum* 46. *Infertur solemniter Venerabile & S. Oleum* 47. *Procemium primi computûs fabricæ* 48. *Restauratio. Erectio nova Turris & Chori* 51. *Erectio Scholæ parochialis* Ibid. *Transfertur illuc vetus lusus campanarius ex B. M.* 76. *fundantur horæ Canonicæ* 117. *civitas ei donat viginti quinque companulas pro lusu campanario* 182. *Decernitur elevanda Turris* ibid.

Antverpia *dilatatur* 100. *conqueritur de Edicto contra sectarios. Obtinet mitigationem duorum articulorum* 125. *Inquisitio pro ea suspenditur* 129. 152. 244. 271. 275. *Turbata ob Edictum Regis pro conservanda fide* 270. *sese opponit cum cæteris civitatibus* 274. *Responsum Aulæ* 276. *fidelitas Senatûs contrà sectarios* 297. *Inquisitio publicatur suspensa pro toto belgio* 334. *suspecta de conspiratione cum Nobilibus* 280. *Qualiter Antverpienses contrà Inquisitionem* 283. *Assumunt insignia Geusiorum* 284. *Senatus in protectionem suscipit omnes incolas cujuscumque religionis* 337. *Pacta cum deputatis calvinistarum* ibid. *Senatus mandat post iconomachiam decanis Gildarum & opificiorum, ut restituant sua Altaria.* 339. *& retineant suos*

capel-

capellanos 345. *Pacta cum Lutheranis* 344. *Extranei jubentur discedere* 346. *fidelitas Antverpiensium tempore Iconoclasmi & tumultuum sectariorum* 356.

Archidiaconatus *instituitur* 213. *Dotatio ejus* 215.

Archipresbyteratus *instituitur* 214. *Dotatio ejus* 215.

Augustiniani *tres Antverpiensis ducti Vilvordiâ Bruxellas* 1. *Examinantur. Duo persistunt in errore. Asserta ipsorum* 2. *Degradantur, condemnantur & comburuntur* 3. *Tertius revocat* ibid. *An tres combusti* 4. *conversio duorum combustorum* 5. *Negant eam lutherani* 6. *qui celebrant eos ut martyres* 6. *Non propter solam heresim combusti* 10.

Augustinianorum *pulsorum monasterium. Consentit Adrianus PP. VI. in destructionem & erectionem Parochiæ.* 8. *commissarii ad illud divendendum excepta inchoata ecclesia & fundo pro cemeterio nova parochia* 30. *divenditur* 31.

Augustinianus *ignotus prædicat Lutheranismum, capitur & submergitur* 14.

B

Baerts (Sebastianus) *Plebanus primus post Iconomachiam prædicat in B. M.* 335. *prædicat contrà hæreses* 353.

Barlæus (Melchior) *Poëta* 356.

Begginæ. *Curti bello Rossemiano devastatâ locum obtinent & admittuntur in civitatem* 94.

S. Bernardi Abbatia *unitur Episcopatui Antverpiensi* 204. *opponit se dotationi Episcopatûs* 220. *Eligunt sibi Abbatem* 224. *Inauguratur & frequentat comitia statuum* 249. *Iconomachia in ea perficitur* 313.

Birgittinæ Anglæ *Antverpiam confugerunt & redierunt.* 155.

Bombergius (Daniel) *Typographus venetiis* 116.
Bordingus (Jacobus) *Medicus Lutheranis erroribus infectus* 204.
Brantegem (Guil.) Carthusianus 64.
Brechtus (Lævinus) *Minorita moritur* 183.
Brederodius *Antverpiam venit, seditiosa ibidem acta* 298. *obviam vadit Orangio Antverpiam misso* 301.
Bruxella (Nicolaus de) Paſtor S. Jacobi *prædicat errores* 10. *Reducitur & abjurat errores* 11. *Relabitur. Epiſtola facultatis Theologicæ Lov. deſuper ad capitulum Antv* 12.
Bullæ Pontificiæ. *ſtylus in datis earum* 205.
Byns (Anna) *Scholarcha ſcribit contra Lutherum* 55.

C

Calviniſtæ *è gallia incipiunt in undare belgium, etiam Antverpiam* 218. *obtinent licentiam prædicandi in civitate* 336. *Vide* ſectarii.
Carmelitæ *obtinent Terminum in Zierixzee.* 59.
Carolus V. Imp. *mandat manendum in antiqua fide.* 60. *In germania Proteſtantibus permittit ſuæ religionis uſum* 61. *jubet deferri libros Lutheri &c. ſub pœna vitæ* 53. *Nominat ad primas dignitates in capitulis* 76. *Init concordatum cum Epiſcopo Leodienſi circa juriſdictionem ejus in terris dominii ſui* 87. *In Africam tendens tantùm non perit, unde ab inimicis dicitur à piſcibus voratus* 90. *Petit & obtinet à Pontifice ut eccleſiaſtici poſſint dare teſtimonium cauſa Inquiſitionis* 101. *Edit catalogum librorum prohibitorum* 106. *Edit famoſum Interim* 114. *formulam reformationis* 115. *conatur per Edicta & inquiſitionem preſervare belgium à ſeditionibus* 118. *Renovat Edicta contra ſectarios*

rios 121. *Restringit potestatem Inquisitorum* 128. *Reformationis formulam curat promulgari in Belgio* 130. *Obtinet à Pontifice, ut nominet personam ad singulos patronos in Belgio* 139. *cedit dominia sua filio. Obiit. Ejus pia opera* 150. *commendat filio erectionem episcopatuum in Belgio* 151.
Carthusiani nostri in Kiel *vendunt Dominium illius Vici civitati Antverpiensi* 84. *Monasterio bello Rossemiano destructo petunt à senatu locum in civitate. Negatur* 95. *Petunt vel locum vel licentiam transmigrandi. Hanc obtinent* 96. *Transmigrant Liram* 98.
Catalogus libr. prohibitorum *primus auctoritate publica editus* 106.
Cathechismus Petri Canisii *decernitur solus utendus in belgio* 167. & seqq. *Quam diu fuerit in usu* 170.
Cellitæ fratres. *Cives volunt ut transmigrent* 19. *Petunt & obtinent licentiam emendi alium fundum* 24. *Diploma Principis desuper* 25. *fundum acquirunt* 27. *jubentur transmigrare & vetus monasterium divendere* 111. *Petunt & obtinent licentiam à Pontifice* 112. *Vendunt primum monasterium & transmigrant.* 114. *Inopiæ eorum subvenit senatus per decretum circà sepulturas* 178.
Confessiones *calvinistarum & lutheranorum vulgantur* 350. *confessio generalis pro uniendis omnibus sectariis* 354.
Conjuratio Nobilium *vide* Nobilium.
Conspiratio *horrenda detegitur* 178.
Conventicula *sectariorum* 152.
Crux *erecta in Mera* 23. *pluries renovata* 24.
Curiæ *seu* domûs senatoriæ *ponitur primus lapis* 86.
Custos (Joannes) *Rector scholæ Antv.* 18.

Dan-

D

Danners (Nicolaus) presbyter *prædicat Lutheranismum & submergitur* 13.

Dilft (Franciscus van der) *Schabinus* 65.

Disputatio *publica inter catholicos & sectarios* 352.

E

Ecclesia B. M. quæ est matrix *incendio devastatur* 63. *Tholus perficitur. Ventorum index Puer Jesus* 66. *Turris meridionalis restituta* 72. *Novus lusus campanarius item horarum indices* 76. *Crux erigitur super Odeo* 106. *Erigitur in cathedralem* 194. *Designantur ejus Limites &c* 206.

Episcopatus Antverpiensis. *Ecclesia Antv designatur erigenda in cathedralem* 184. *Sententia Cardinalium super dotè ejus* 188. *Erigitur* 194. *Dos illi assignata dein mutata* 195. *Nominatio conceditur Regi* Ibid. *Pontifex ei unit Abbatiam S. Bernardi* 204. *Bulla Pontificia, in qua decernuntur Limites Dos &c.* 206. *Nomina locorum subjectorum episcopatui* Ibid. *Eadem ordine alphabetico* 208. *Distributa in sex Decanatus* 209. *Dos ei assignata* 212. *Eriguntur tres dignitates* 213. *Novem Graduati* 215. *Differtur admissio Episcopi* 218. *Querelæ contra erectionem Episcopatûs Episcoporum, Nobilium, Populi,* 219. *Monachorum contra dotationem* 220. *Consultatio desuper DD. Lovaniensium* 221. *Religiosi S. Bernardi eligunt sibi Abbatem* 224. *Senatus offert libellum contrà erectionem episcopatûs* 225. *Mittit deputatos desuper ad Regem* 232. *Qui agunt contrà admissionem Episcopi* 242. *Proponunt, ut erigatur Episcopatûs Lovanii pro tota Brabantia* 243. *Obtinent suspensionem* 244. *manet suspensus* 271.

Episcopatuum erectio in Belgio. *Pro ea per octo secula frustra actum est* 163. & seq. *Philippus II. rem serio aggreditur* 165. *Deputat viros qui designent diœceses &c.* Ibid. *Deputat Sonnium Romam* 185.

185. *Rationes illic allegatæ* 186. *Negotium agitatur Romæ* 187. & 190. *Eriguntur* 191. *Deputati pro executione bullæ* 192. *Bulla Pauli IV. desuper* 93. *Rationes ob quas eriguntur* Ibid. *Nominatio ad omnes conceditur Regi. Institutio reservatur Pontifici* 195. *Laboratur in designationem dotum* 196. *Uniendum Abbatias, quare* 197. *Rex petit à Pontifice designari dotes Episcopatuum & Graduatorum.* 200. *Querelæ contrà erectionem* 219. *contra dotationem* 220. *consultatio desuper* DD. *Lovaniensium* 221. *Agitur pro tollenda unione Abbatiarum frustra* 223. *Abbates agunt pro tollenda unione* 245 *Promittunt dotare Episcopatus & obtinent consensum Regis* 246. *Effectu caruit* 248.

Enckevoirt (Willelmus) *Canonicus*, *Cardinalis &c.* 65.

Enzenas (Franciscus de) *Lutheranus* 101.

Esse (Joannes van) *Augustinianus ductus Bruxellas examinatur* 1. *Persistit in errore* 2. *Degradatur, condemnatur & comburitur* 3. *Conversio ejus ante supplicium* 4. *Negant eam Lutherani* 5. *Qui celebrant eum ut martyrum* 6.

Erasmi *judicium circà supplicium hæreticorum* 7.

F

Fabricius (Christophorus) *Carmelita apostata comburitur. tumultus desuper* 249.

Facons cœnobium Canonicarum regularium. *Miserabilis religiosæ cujusdam mors* 242.

Fatuorum domus *fundatur. Inscriptio* 62.

Filiarum domus het Maeghden-huys *fundatur* 140. *Fundatores* 141.

Fortius *seu* Stercks (Joachim Ringelbergius) *varia docuit & edidit* 70.

Frans (Dnus) Subsidiarius in Kiel *inde pulsus ob hæresim* 287. *Revocatur* 301. *Facit functiones in S. Georgii* 341. *Quis eum illuc introduxerit* 342. *Cogitur deserere ecclesiam S. Georgii* 345.

Frarin

Frarin (Petrus) *Juris-consultus* 356.

G

Gerontocomium Nic. *van Stylen transfertur in civitatem* 98.
Gerontocomium S. Georgii *fundatur* 105.
Geusii *nomen unde* 283.
Goclenius (Conradus) *Canonicus* 75.
Godefridi (Petrus) *Bogardus moritur* 182.
Goïnus (Antonius) *Historicus* 90.
Graduati Canonici *instituuntur* 214. *Modus eligendi. Eorum onera* 216.
Graphæus (Cornelius) *S. P. Q. A.* à secretis *moritur* 183. *scripta ejus. Epitaphium* 184.

H

Haemstede (Adrianus Cornelius) *prædicutius Antverpiæ* 175. *seditiose prædicat in Mera* 176. *Edit Martyrologium heterodoxorum* 189.
Heda (Guillielmus) *Can. Antv. Historicus* 18.
Heyden (Gasper van der) *predicutius* 152.
Hilenius (Michaël) *Typographus Antv.* 10.
Hoecke (Hermanus van den) *fundat gerontocomium pro sex viris* 174. & 253.
Hoogstratanus Comes *Gubernator Antverpiæ* 346.
Hospitale S. Elis. *Consecratur novum cemeterium* 19. *Litteræ Episcopi desuper* 20. *Vendit partem fundi sui. consensus Episcopi* 107. *Reformatur per episcopum* 109. *Moniales absolvuntur à recitatione horarum canonicarum & numerus earum augetur* 110. *Reformatur ulteriùs* 132. *Deponitur Priorissa & Bruxellensis instituitur* Ibid. *Aufertur velum nigrum* 133. *Vendit partem fundi, quo transferuntur horti sagittariorum* 135. *Eligitur Priorissa è gremio* 143.
Hospitale S. Juliani ad portam S. Georgii *vulgo* Vroukens-huys, *transfertur. In quem finem fundatum* 250. *Quamdiu steterit* 251.

Hospi-

Hospitalia S. Juliani ad portam S. Joannis & portam S. Georgii ponuntur sub *Eleëmosijnariis* 83.

I

Iconomachia. *Principia Iconoclasmi incipiunt sentiri* 15. *Imagines violantur* 262. *Ministri incitant populum contrà Imagines* 305. *Prælùdia iconomachiæ generalis* 308. *Perficitur in ecclesia matrice* 310. *In omnibus aliis ecclesiis* 312. *circum Antverpiam* 313. *Nullus obstitit. Quare* Ibid. *Iconomachia in toto Belgio excepto Lovanii &c.* 314. *Adscripta ultioni divinæ* 315. *Crux super odeo in B. M. detrabitur & confringitur sicut & scuta Regis &c.* 319. *Mandantur restitui ablata* 318. *Ministri se justificant quoad peractam Iconomachiam* 320. *Licentiâ trucidandi iconomachos* 323.

Jesuitæ. *S. Ignatius Antverpiæ* 56. *versantur in Belgio* 156. *Episc. Cam. iteràto Edicto probibet ipsis omne exercitium in sua diœcesi* Ibid. *S. Ignatius petit à Principe admissionem in belgium* 157. *Admittuntur* 158. *Litteræ Regis desuper* 159. *Conditiones sub quibus petiverunt & admissi sunt* 160. *Generalis venit Antverpiam & concionem dicit* 226. *Fiunt Capellani Nationis hispanicæ* 227. *Plures accedunt* 252. *Pelluntur ex D. Jacobi. Agunt pro obtinendo Collegio* Ibid. *Habitant in conducta domo* 253.

Imagines sacræ. *Veneratio Antverpiensium ergà eas* 24.

Infirmaria in klapdorp *transfertur & nunc dicitur gerontocomium S. Blasii* 100.

Inquisitio. *Carolus V. petit eam à Pontifice præcipuè contrà ecclesiasticos* 118. *Origo Inquisitionis in Belgio* 120 *Instructiones præscriptæ Inquisitoribus* 126. *Jurisdictio eorum* 127. *Unde horror Inquisitionis* 128. *Suspenditur pro Antverpiensibus* 129. 152. 244. 271. 275. *scripta vulgata pro Inquisitione* 176. *Gubernatrix in Concilio differit de ea* 282. *Suspensa declaratur pro toto belgio* 334

Interdictum. *Ecclesia Antv. sub Interdicto* 72.

Interim

Interim (famosum) *editur à Carolo V.* 114.
Inventitiorum domus *fundatur. Inscriptiones* 61.
Isabella *conjux Caroli V. moritur* 72.
Judæi *jubentur discedere è belgio* 110.
Juvenum domus *vulgò* Knechtjens-huys *fundatur* 28. *Per Joannam Schoonbeek* aliàs *Beaurieu* 179.

K

Kiel vicus in suburbio. *Quatuor millia incolarum petunt sibi erigi parochiam* 171. *Obtinent suis expensis. Litteræ Nuntii apost. desuper* Ibid. & seqq. *Non perficitur* 174 *Erigunt capellam, quæ consecratur cum fonte baptismali & cemeterio* 234 *Litteræ Episcopi desuper* 235. *An fuerit parochia* 138. *Statuitur dies anniversaria dedicationis cum processione & erigitur Confraternitas* Ibid. *Litteræ episcopi desuper* 239. *Capella destruitur* 242 *Primus & secundus subcurati pulsi ob hæresim* 287. *Unus revocatur & prædicat* 301. *Inde tumultus occasione Petri Cuneri ibidem præsentis* 304.
Knechtjens-huys *vide* Juvenum domus.

L

Leprosarium *in Dambrugge erigitur* 140.
Leprosarium Ter-zieken *bello Rossemiano devastatum restauratur* 93.
Loemel (Joannes) *Canonicus* 62.
Lovanium. *Senatus Antv. proponit Regi ut illic erigatur Episcopatus pro tota brabantia* 243.
Lutherus. *Imputatur ei origo Anabaptismi. Conatur se justificare per litteras ad varios, etiam ad Antverpienses* 16. *Dolet, machinationem Packii effectu frustratam* 71. *Libri ejus jubentur deferri sub pœna mortis* 53. *Scribit ad Antverpienses occasione perniciosæ sectæ* 102.
Lutheranismus hic grassans *an multos perverterit.* 8. *Prædicatur ab Augustiniano & sacerdote seculari* 13.

Lutherani *obtinent ab orangio libertatem prædicandi* 344. *ædificant sibi fana* 345. *vulgant Confessionem suam* 350. *sunt parvæ autboritatis Antverpiæ* 355.
Luythagen cœnobium monialium *bello Rossemiano devastatum restauratur* 93.

M

Maeghden-huys *vide* Filiarum-domus.
Margareta Austriaca *Gubernatrix Belgii mulier docta, moritur* 57.
Margareta Austriaca Ducissa Parmensis *Gubernatrix belgii* 196.
Maria Austriaca soror Caroli V. *Gubernatrix Belgii* 58. *discedit & moritur* 152.
Marnix de S. Aldegonde (Philppus) *dictat formulam conjurationis Nobilium* 281.
Matsis (Quintinus) *faber ferrarius dein pictor famosus* 55.
Meer (de) *tegitur fornice, super quo erigitur Crux ferrea* 23.
Meere (Joan. van der) *præcipuus fundator domus het Maegden buys* 141.
Mendicatio. *Questio an expediat eam impedire* 77. *Princeps probibet mendicare* 79. *statuitur modus providendi pauperibus* 80. *decretum Senatûs desuper* Ibid. *decretum istud non est observatum* 84.
Mensæ S. Spiritûs *subalternarum parochiarum ponuntur sub Eleëmosynariis* 82.
Meretrices *adiguntur ad Preke-straet & Lepel-straet* 51.
S Michaëlis Abbatia. *Ecclesia ejus ardet* 27. *In erectione parochiæ S. Andreæ excipitur & manet sub parochia B. M.* 36. *vendit decimas de Wynigem* 69.
Modet (Hermannns) *prædicutius prædicavit diu occultè* 285. *prædicat in B. M. ante Iconomachiam* 309. *post Iconomachiam* 316
Moerbeeck (Petrus van) *poëta & medicus* 107.
Morbus sudorificus *grassatur Antverpiæ* 51. *ad eam deprecan-*

dum instituitur processio dicta S. Michaëlis 52. *solemnitas hujus* 53.

N

Natio Hispanica *obtinet à pontifice jus elligendi Confessorem suæ nationis* 72. *Bulla desuper* 73. *assumit Jesuitam* 227.

Nigri (Philippus) J. U. D Decanus S. Gudilæ Bruxellis *deputatus pro executione bullæ, quâ erriguntur novi Episcopatus* 192. *nominatur primus episcopus antverpiensis* 200. 202. *moritur ante inaugurationem. Epitaphium ejus & scripta* 233.

Nobilium *conjuratio* 281. *Gubernatrix inquirit quid desuper agendum* Ibid. *Offerunt libellum supplicem* 283. *Petunt abolitionem Inquisitionis & Edictorum* Ibid. *assumunt nomen* Geusii *& insignia* 284. *obtinent suspensionem Inquisitionis* 333.

O

Orangius (Princeps) *ægrè fert erectionem universitatis Duacenæ* 225. *deputati Antv. petunt ut Gubernatrix mittat Orangium Antverpiam* 296. *mittitur & venit Antverpiam ut Defensor civitatis* 301. *Petitur ut assumat vicarium* 302. *Multa proponit & nihil efficit* Ibid. *discedit Bruxellas & mandat nè quis sine suo consensu se immisceat tumultibus. Inde libera sequitur iconomachia* 306. & seqq. *Recusat redire antverpiam* 315. *Redit antverpiam* 324. *Tractat cum calvinistis tamquam victoribus* 325. & seqq. *concedit eis loca in civitate ubi liberè prædicent* 336. *quam concessionem ægrè fert Gubernatrix* Ibid. *Pacta init cum calvinistis.* 337. *Missæ interest ut catholicus* 339. *conatur se justificare super admissione prædicationum & petit dimissionem* Ibid. *quam obtinet* 340. *Interim Pacta init cum Lutheranis & concedit ut publicè prædicent.* 344.

Pack

P

Pack (Otto) *falsò accusans Principes catholicos turbat Germaniam* 8. *Antverpiæ capitur & Bruxellis morte plectitur* 71.
Pastores pii *desiderabant apertam rebellionem* 131.
Petri (Cunerus) S. T. D. *arguit prædicantem in kiel, unde tumultus* 304.
Philippus II. Caroli V. filius, *in belgium venit & inauguratur Princeps. Lovanii &c.* 115. *antverpiæ* 116. *Pater ei cedit dominia sua* 150. *Inauguratur Dux brab. & Marchio* 152. *renovat instructiones pro Inquisitoribus* Ibid. *celebrat antverpiæ Comitia aurei velleris* 153. & seqq. *renovat edicta Patris contra sectarios* 163. *Negotium erectionis Episcopatuum aggreditur* 165. *Cura ejus pro religione* Ibib. *Procurat belgio catechismum* 157. & seqq. *Obtinet erectionem Episcopatuum* 191. *Et nominationem ad illos* 192. 195. *Discedit in Hispaniam* 196. *Nominat ad novos Episcopatus* 200. *Erigit Universitatem Duacenam* 224. *consentit in dissolutionem unionis Abbatiarum ab Episcopatibus sine effectu* 246. *Decretum edit pro conservanda fide* 263. *Quoad Edicta* 267. *Quoad Inquisitionem* 268. *Quoad Conc. Trid.* 269.
Pœnitentiaria *instituitur* 214. *Dos ejus* 215.
Polites (Joachim) *S. P. Q. Antv. ab actis* 119.
Portaile (Joannes) *minorita gallus, agens in colloquio cum ministris* 352 *infamatur à sectariis* 353.
Prædicare *probibetur ignotis sub pœna capitis* 14. *decem cives, qui privatim docuerunt, puniuntur* 21 *Decretum contrà privata conventicula in materia religionis* 22.
FF. Prædicatores *erigunt novum templum* 75.
S. Præputiū *tempore iconomachiæ aufertur à ministro* 313
Processio dom. infrà Octav. Assump. B. M. *Injuriosa contrà eam illata* 306. *Statua B. M. transfertur in capellam. Inde incipit tumultus & Iconomachia* 307.
Processio S. Præputii. *Honoraria ex parte civitatis oblata comparentibus* 89.
Puteo (Joachim à) *Bogardus* 143.

R

Reformationis formula *editur à Carolo V.* 115. *Publicatur in Belgio* 130.
Rockox & Rubbens *redduntur suspecti de heresi* 353. *Justificantur* 354.
Rossemius (Martinus) *tentat Antverpiam intercipere & devastat omnia in suburbio* 90. & seqq. *Proditores ab eo missi capti & puniti* 92 *Discedit ubique repulsum passus. Dein militat Cæsari & moritur peste* 93. *Scripta hac occasione edita* Ibid.

S

Sagittariorum horti *transferuntur ad Gasthuys-bemden* 135.
S. Salvatoris Prioratus. *Subjiciuntur ei duo cœnobia in Hollandia* 202. *Testimonium Senatûs de distributione eleëmosynarum* 148. *Participantes varii* 149.
Schalidecker (Eligius) *auctor perniciosæ sectæ* 102. *qualis fuerit secta. Ejus errores* 103. *vivus comburitur, sequaces variè puniti.* 194.
Schoonbeeck *gallicè* Beaurieu (Joanna) *fundatrix domûs het Knechtjens-huys* 179. *Inscriptio ejus in domo* 180. *Testamentum ejus* 181.
Schola parochialis *erigitur ad S. Andreæ* 51.
Schut (Cornelius) *Pictor* 67.
Seckendorf (Vitis) *accusat judices, qui condemnarunt Augustinianos nostros* 6. *conatur justificare Lutherum à probro, quo ei imputabatur origo anabaptismi* 17.
Sectarii *petunt libertatem religionum* 262. *Rex rem proponit Theologis & statuit non admittere* 263. *Turbati ob decretum pro conservanda fide* 270. *seditiosa scripta desuper* 271. *Senatus inquirit in eorum conventicula* 272. *Eorum scripta seditiosa* 275. 280. *pulsi propter heresim redeunt. Edictum desuper* 285. *Perversa interpretatio illius* 287. *Prædicant foris publicè* 288. *cura Senatûs desuper* 289. *Edictum ad expellendos peregrinos* 291. *Probibetur civibus exire ad prædicationes* 293. 303. *Quia turbabantur prædicationes, petunt locum in civitate* 294 *Ideò Senatus magis invigilat* 295. *Edictum de incarcerandis prædicantiis* 296. *Vagabundi jubentur discedere* 300.